[illegible]

Colegii Socii Jesu Hispal. ...

TRACTATVS ASTROLOGIÆ IVDICIARIAE DE NATIVITATIBVS VIRORVM & mulierum, compositus per D. Lucam Gauricum Neapolitanum, ex Ptolemæo & alijs autoribus dignissimis, cum multis aphorismis expertis & comprobatis ab eodem.

Addito in fine libello Antonij de Montulmo, de eadem re, cum annotationibus Ioannis de Regiomonte, hactenus nusquam impresso.

Prohibet. donec ex purget

Norimbergæ apud Iohan. Petreium, anno salutis M. D. XL.

Antonius de Montulmo de Judiciis nativitatum

Cotinentur in hoc Tractatu.

SOl & Saturnus significant patrem, sed Sol in die & Saturnus in nocte.
Luna & Venus significant matrem, sed Venus in die et Luna in nocte.
Si Sol fuerit coniunctus cum Ioue, aut cum Venere in diurna natiuitate, uel Saturnus fuerit coniunctus aut in bono aspectu cum Ioue aut Venere in nocturna, significat bonam fortunã patri. Ita quòd si luminaria non habuerint bonos aspectus, significant malam fortunam patri & matri.
Si significatores patris & matris fuerint infortunati, pater & mater habebunt breuem uitam, & erunt infortunati.
Quando Mars ascendit post Solem, & Saturnus post Lunã, & luminaria non fuerint in bono aspectu fortunæ, hoc est, Iouis aut Veneris, significat miserabilem uitam patris & matris, & ipsorum destructionem.
Et si pars fortunæ fuerit fortunata, & similiter luminaria, pater & mater erunt diuites & longæui.
Quando Iupiter & Venus fuerint in bono aspectu, uel coniuncti, & quòd Sol aut Saturnus se aspiciunt per trinum aut sextilem, significant longam uitam patris, & ex contrario breuem, & præsertim si fuerint infortunati in angulis. Et si fuerint fortunati, illi dabunt longiorem uitam.
Quando Mars infortunat Solem, pater morietur morte subitanea, & natus habebit morbos in oculis.
Quando Saturnus infortunat Solem, pater morietur ex febre melancholica, uel ex malis & nociuis humoribus.
Quando Luna, Iupiter & Venus fuerint coniuncti, aut in aspectu sextili aut trino, in angulo uel succedente, significant longam uitam matri.
Quando Mars fuerit in angulo et aspicit Venerem aut Lunam malo aspectu, aut ambos, significat malam fortunam, & breuem uitam matris.

Quando Venus & Luna fuerint in septima, aut in illa parte septimæ, & quòd Mars aspiceret Lunam maligno aspectu, significat mortem repentinam aut uiolentam matris, & nato malum in oculis,& tandem mortem uiolentam.

Quando Saturnus aspicit Lunam maligno aspectu(hoc est,quadrato aut opposito)aut fuerit coniuncta cum Saturno, & orientalis,significat mortē matris ex febre cū tremore, & postea morietur ex nimia crapula,aut ex aliqua apostemate partiū inferiorum.

¶ De fratribus & sororibus. 2

SAturnus significat fratres maiores,& Mars minores. Si isti, hoc est Saturnus & Mars,fuerint in loco potente & fortunati,significant fratres potentes & fortunatos,& longæ uitæ. Et si fuerit contrarium, significat contrarium,hoc est pauperes & breuis uitæ. Et si fuerit in signo masculino,significāt fratres. In signo fœminino, significāt sorores. Saturnus & Mars orientales, significant maiores & præcipuos fratres. Et occidentales,minores uel infimos fratres.

Quando dominus ascendentis aspexerit Saturnum aut Martem aut ambos malo aspectu,significat quòd erit pauca pax inter fratres. Et si aspexerit bono aspectu,significat quòd erit bona amicitia inter ipsos.

Quando planetæ (qui habent dignitatem in loco Solis, Lunæ & ascendentis) fuerint in signis masculinis,aut maior pars eorum,natus habebit fratres longæuos & fortunatos. Et si fuerint in signis fœmininis, natus habebit plures sorores q̃ fratres. E. si dicti planetæ fuerint orientales, habebit fratres fortunatos. Si fuerint occidentales,sorores erunt infortunatæ.

Quando in tertia domo fuerint boni planetæ,et dominus tertiæ sit fortunatus, & in signo masculino, fratres erunt fortunati. Sed in signo fœminino,sorores.

Quot planetæ aspiciunt tertiam domum aut dominum tertiæ domus,& sint in signis masculinis,tot fratres habebit. Et in signis fœmininis,tot sorores. Et si se aspexerint bono aspectu,

uiuent

uiuent. Si malo aſpectu, morientur ſtatim.
Quando Sol & Luna,& aſcendens, & ipſorum domini, fuerint in ſignis communibus, aut maior pars, ſignificat habiturum fratres gemellos, hoc eſt duos in uno partu.
Quando Saturnus & Mars fuerint in ſigno communi, mater edet uno partu duos maſculos aut tres, uel duos maſculos & unam fœmellam.
Quando Luna, Mercurius & Venus fuerint in ſignis communibus & fœmininis, mater pariet uno partu tres fœmellas, uel duas fœmellas & unum maſculum. Et ſi Luna, Mercurius & Venus, fuerint in ſignis fœmininis, mater edet tres fœminas in tribus partubus, unam poſt aliam.

¶ De illis qui naſcentur monſtruoſi. 3

QVando luminaria fuerint remota ab aſcendente, & infortunia ſint in angulis, hoc eſt Saturnus & Mars, faciunt infortunatos homines, & figura deformes & monſtruoſos.
Quãdo dominus cõiunctiõis uel oppoſitiõis, & loca luminariũ non aſpiciunt aſcendentem, & ſint ſigna quadrupedia, aut feralia, et fortunæ ſint in angulis, natus erit monſtruoſa forma.
Quando aliqua fortuna non habuerit aſpectũ cũ luminaribus, & ꝗ fortunæ habuerint malum aſpectum, natus erit homo de natura beſtialis, & intractabilis, uel inhumanus.
Si luminaria fuerint in ſigno humano, homo erit tractabilis & humanus, & bellus. Et ſi fuerint iũcta bono aſpectu cũ Venere & Ioue, erit homo ſuperbus & ambitioſus. Et ſi cum illis fuerit Mercurius, erit interpres inſomniorum, ſed erit nonnihil ſurdus, & ſuperiores dentes ſtatim cadent, & erit deceptor & fraudulentus.
Qui habuerit Saturnum & Martem in aſcendente in Scorpiõe, cadent omnes dentes grandes, & maximè ſuperiores.
Qui habuerit Saturnum & Martem in Leone & in aſcendente, erit caluus, homo crudelis, & occidetur.

 De

QVando Mars infortunat Solem, & Saturnus Lunam, aut dominus aſcendentis etiam fuerit infortunatus, natus non uiuet, ſed cum bono aſpectu fortunarum poterit uiuere. Si radij infortunarum aſpexerint ante gradum luminaris, & radij fortunarum aſpexerint gradus ſequentes, natus creſcet & uiuet. Et ſi contrarium fuerit, natus uiuet tanto ſpacio, donec ☉ & ☽ per directionem uenerint ad illos gradus malignos.

De figura corporis. 5

QVando quis naſcitur ſub Leone, erit magna perſona, & ſimiliter ſub Sagittario. Sed aſcendens Cancer, Capricornus, aut Piſces, faciunt homines paruas ſtatura.

Item qui naſcuntur aſcendente principio Arietis, Tauri, & Leonis, habebunt membra groſſa. Et in fine iſtorum ſignorum, erunt macilenti.

Item principia Geminorũ, Scorpionis & Sagittarij, ſolẽt facere homines macilentos. Fines uero dictorum ſignorum, faciunt homines craſſos.

Item Libra, Virgo, & Sagittarius, faciunt homines bene proportionatos, temperatos, & bonæ complexionis. Sed Taurus, Scorpius, & Piſces, faciunt diſproportionatos.

De infirmitatibus. 6

QVando aſcendens, ſeptima, & ipſorum domini fuerint infortunati ex Saturno & Marte, per quadratũ aut oppoſitũ, aut præſentiã, natus habebit multas infirmitates, præſertim ubi luminaria, aut unũ ex ipſis ſit infortunatũ in angulis.

Saturnus habet auriculam dextrã, lienem et ueſicam. Iupiter habet tactũ, pulmonẽ, coſtas, cartilaginẽ & ſperma. Mars habet aurem ſiniſtram, renes, uenas & teſticulos. Sol habet cor, neruas, cerebrum, oculum dextrum, & uniuerſam dextrã corporis.

corporis partem. Venus habet odoratum,epar & carnes. Mercurius habet linguam,fel,nares nasi,memoriã,loquelam, sermonem,deliberationem faciendi sua negocia. Luna habet gustum,stomachum,uentrem,& pudenda mulierum,oculum sinistrum,& uniuersam partem sinistram membrorum.

Quando Luna fuerit sola in aliquo angulo infortunata,& coniũcta Sole,aut in oppositiõe,aut in quadrato,natus perdet alterũ oculum. Et si in locis luminariũ essent aliquæ stellæ nebulosæ,quemadmodum in Cancro,in Tauro, & in fine Scorpionis & Sagittarij, aut in Leone & in Aquario,periculum erit ne oculos perdet.

Quando Luna fuerit occidẽtalis in aliquo angulo, & Mars fuerit solus,aut Mars & Saturnus orientales,& quod applicarẽt ad Lunã. Aut si Sol fuerit in aliquo angulo, & ante ipsum ascenderet Mars & Saturnus, aut se coniunxerint cũ illo,aut fuerint in sua oppositione,perdet oculos. Et si fuerint infortunati à Marte solo,perdet oculos ferro,ictu,aut per ignem. Et si Mars fuerit cum Mercurio,perdet oculos iocando. Et si ibi fuerit Saturnus,perdet propter infirmitatem.

Quando Venus fuerit coniuncta cum Saturno & Mercurio, & Mars fuerit eleuatus super illos, aut in opposito,perdet testiculos, aut habebit magnum malum in illis, aut erit hermophroditus & effœminatus.

Quando Sol fuerit in aliquo angulo,præsertim in occasu cũ ♄ & ♂, aut in opposito, perdet oculos per inordinatam uitam.

Quãdo luminaria fuerint in signo masculino, & Venus & Luna occidentales,& infortunia prope acciderent, uirga uirilis illi truncabitur,aut habebit impeditum in testiculis, maximè in Ariete,aut Leone,aut in Sorpione, Capricorno, Aquario. Et si fuerit fœmina, erit sterilis, & uel masculus uel fœmina, malum habebit in oculis.

Quando Saturnus & Mercurius cum Sole fuerint in angulo, maximè si Mercurius fuerit occidentalis,& Saturnus & Mercurius aspicerent Lunam,natus erit mutus,aut linguam habebit impeditam.

Quando

Quando Mars fuerit cum Saturno,& ☿ cū ☽ ,significat simile.
Quando luminaria applicarent infortunis, uel essent inopposito,& præsertim si ibi essent cum Capite uel Cauda Draconis, aut in signis infirmitatis, hoc est, Ariete, Tauro, Scorpiōe &c. erit gibbosus et claudus, aut in aliquo morbo defectuo sus. Si Mars & Saturnus essent cum Sole & Luna, idem significant. Et si dicti planetæ essent in medio cœli, dictū damnum illi accidet ex casu de loco alto, aut ex animali quadrupede, aut percussiōe, aut igne. Et si Saturnus illius loci dominus esset, hoc malum habebit ex casu ab alto, uel in aquā, aut erit paraliticus, aut appopleticus.
Quando Luna fuerit infortunata in Ariete, sanguinea & scabiosa infirmitas superuenier in modum furfuris, quæ de facie cadet & de corpore sicut squamæ de piscibus. Et si fuerit in Cancro, erunt lentigines. Et similiter si erit in Libra aut in Capticorno, patietur lentigines.

¶ De complexione & infirmitate. 7

SAturnus facit complexionem corporis frigidam & phlegmaticam, & facit natum macrum, ualetudinarium, melancholicum, habebit aliquid malum in uisceribus, patietur tussim & sputum de sanguine, aut lepram. Sed fœminis dat malum in pudendis & genitalibus. Mars dat sputum sanguinis, coleram, scabiem, apostemata in pulmone, dat etiam malum per ferrum & ignem, & infirmitates in locis occultis, sicut sunt, hemorroydes, fistulæ, gomorream, & similia mala occulta. Sed in mulieribus facit sæpe partū deperire, & facit creaturam morientē in uentre matris. Mercurius augmētat maliciam Martis si cū illo fuerit. Saturnus augmentat illud malū in pectore & stomacho. Et si Saturnus & Mars fuerint in Cancro, Capricorno aut Piscib9, producūt infirmitates scrofulā, fistulam, morbum Gallicum, cancrum, & lepram. Sed in Geminis & Sagittaro, faciunt cadere de malo epilentico, siue caduco. Sed quando fuerint in fine signi, producunt malum in manibus

manibus, pedibus, iuncturis, sicut podagram & chyragram.

De effectibus & natura signorum & planetarum. 8.

Illi qui habent in ascendente signum mobile, sicut sunt Aries, Cancer, Libra, Capricornus, faciunt quòd natus amabit unionem & pacem ciuitatum, & desiderabit esse laudatus, cogitabit in rebus diuinis, erit acuti ingenij, bonæ opinionis & liberalis. mobilia quae

Qui habuerit signum commune, sicut sunt, Gemini, Virgo, Sagitarius, Pisces, erit homo mutabilis & difficilis ad cognoscẽdum, erit lætus & instabilis, amator Musicæ, & subtilis ingenij, & quòd pœnitebit ipsum mala facere. coia que

Illi qui nascuntur ascendente signo fixo, hoc est, Tauro, Leone, Scorpione, Aquario, erunt homines iusti, & non fallaces, nec leues, sed stabiles & boni ingenij, quieti, supportabiles & amatores honoris. fixa que

Quando Luna & Mercurius se non aspexerint, nec aliquis ex ipsis aspexerit ascendens, & quòd Saturnus fuerit in angulo de die, & Mars de nocte, natus iste cadet in morbum caducum. Sed si Saturnus fuerit in angulo de nocte, & Mars de die, iste natus erit sine dubio insanus, fatuus, & stultꝰ, maximè in Cancro, Virgine, Piscibus, & erit etiã demoniacꝰ sine discretiõe.

Si Luna fuerit in ascendente cum Sole, & sub radijs, & maximè in Sagittario & Piscibus, faciet negocia secreta, sed erit aliquantulum stultus & mutabilis, & patietur malum in oculis.

Quando duæ fortunæ fuerint in angulo ascendentis, & infortunæ in septima, natus patietur crudelem infirmitatem, sed curabilem. Sed si fuerint dicta quatuor in cõtrario, erũt suæ infirmitates asperæ & incurabiles, & semper uociferabit cũ tremore mortis.

De diuitijs & paupertate. 9.

Quando pars fortunæ & eius dominus fortunati fuerint,

b natus

natus ille habebit multas diuicias, & maximè si luminaria de fœlici aspectu aspexerint partem illam.
Si Saturnus fuerit dominus partis fortunæ, erit princeps ciuitatis & ædificiorum, & erit diues ex mercantijs maris.
Si Iupiter fuerit dominus dictæ partis, erit diues per hæreditates, aut ex rebus ecclesiasticis.
Si fuerit Mars, ex rebus armorum.
Si Venus, per donationes amicorum aut ex mulieribus
Si Mercuri9, ex industria mercaturæ aut p ingeniũ & uirtutes.
Si Sol, per fauorẽ principum, aut per patrem qui diues fuerit.
Si Luna, per itinera, & per auxilium populi aut mulierum.
Si Iupiter & Mercurius aspexerint partem fortunæ, habebit hæreditatem non cogitatam.

¶ De prosperitate & exaltatione. 10.

QVando ipsa luminaria fuerint in angulo, & præsertim in signo masculino, & oẽs stellæ erraticæ (hoc est quinq; planetæ) circundant Solem & Lunam, ita quòd omnes circundarent in una & eadem domo, et quòd Sol & Luna essent in medio, & illi qui fuerint uersus Solem, essent orientales, & illi qui fuerint uersus Lunam, essent occidentales, natus iste erit sine dubio rex, aut magnus princeps, si fuerit de nobili stirpe & conditione. Et si fuerint in decima, aut in ascendente, erit rex potentissimus quasi primus de mundo.
Si Sol fuerit in signo masculino, & Luna in signo fœminino, & unus ex ipsis esset in angulo, iste natus erit homo qui habebit solum unum regimen, & faciet mori multos homines per iusticiam.
Si luminaria non fuerint in angulo, sed alij planetæ, erit natus iste homo magnus, sed non adeo potens, sicut superius dictũ est, sed erit potens tantum in aliqua ciuitate.
Et si luminaria & omnes alij planetæ non fuerint in angulo, iste natus erit infortunatus & infœlix in omni suo opere.
Si planetæ peregrini non fuerint in angulo, & minus in signo

masculino, & fortunæ luminaria non circundant, erit in extrema miseria, & calamitate, & infortunatus.

De magisterio siue exercitio nati. 11.

MArs, Mercurius & Venus sunt significatores magisterij, & ille qui erit plus fortunatus, & plus fortis in illa figura, erit dominus magisterij.

Quando Mercurius est dominus, natus erit scriptor, arithmeticus, uel mercator, aut nummularius, uel banchiator, aut literatus, aut Doctor, & erit homo magni ingenij, & magnorum factorum siue negociorum. Si Saturnus aspexerit Mercurium, expediet & tractabit res aliorum, uel res ecclesiæ.

Si Iupiter aspexerit, erit Doctor Legum, & sapiens, & conuersabitur cum hominibus probis & integris.

Si Venus fuerit domina magisterij, erit aromatarius, aut profumarius, & delectabitur rebus ornatis, panno serico conficiendo, pictura, aut Musica.

Si ♄ aspexerit ♀, delectabit se de rebus q̃ pertinẽt ad mulieres, & in rebus lasciuis, & erit Geomanticus uel Necromanticus

Si Iupiter aspexerit Venerem, erit cõpositor Pater noster uel coronæ de ambra, & homo multum diues occasione mulierum uel amore, & faciet magnos sumptus.

Quando Mars fuerit dominus magisterij in aspectu Solis, faciet aliqua exercitia de igne, aut de ferro, aut de metallo, aut de minera, de auro & de argento. Si Sol ipsum non aspexerit, erit nauta, aut compositor nauium, aut architectus, aut lapicida, aut statuarius, aut abscisor uel sector arborum. Si Saturnus aspexerit Martẽ, erit nauta, cocus, aut calefactor uel balneator. Si Iupiter aspexerit, erit miles stipẽdarius uel hospes qui excipit peregrinos.

Si Venus & Mercurius fuerint domini magisterij, delectabitur in Musica, in choreis, in cantu & sonis Musicis, in præstigijs & ioculationibus, & facere organa & instrumenta musicalia, et erit recitator & magister comœdiarum, erit loquax &

derisor & iocator, & inuentor cantilenarum. Si Saturnus aspexerit, uendet ornamēta mulierum. Si Iuppiter aspexerit, erit magister infantium & iuuenum, uel pædagogus, & practicabit cum magnis magistris, & faciet negocia uulgi.

Et si Mars & Mercurius fuerint domini magisterij, faciet sculptores aut pictores, maxime monetarum & figurarum ecclesiæ, erit aptus facere arma, erit Notarius, Chyrurgicus, sed erit falsarius scripturarum & adulter. Et si Saturnus ipsos aspexerit, erit homicida, latro, spoliator, & stabit uel obseruat in uijs ad deprædandum intra cauernas & montana. Et si Iuppiter ipsos aspexerit, amabit arma & bella, & erit doctor, aut procurator.

Et si Mars & Venus fuerint domini magisterij, ille natus erit aromatarius aut medicus, præcipue Chyrurgicus, aut se delectabit in armis & in ignibus artificialibus. Et si Saturnus illos aspexerit, erit homo qui ibit uisitare mortuos, & uestire & sepelire eos, & qui semper inuenietur in locis mœstis, ubi inuicem se occidunt & sepeliunt, & ubi canunt res funerales. Sed si Iupiter ipsos aspexerit, stabit semper in ecclesia, & erit sollicitus in matrimonio, erit diuinator rerum futurarum, & deditus rebus delectabilibus.

Et si domini magisterij fuerint in signo humano, erit homo nobilis. Et si fuerint in Ariete, Libra, Cancro aut Capricorno, se delectabit in Geometria, & de agricultura.

Si post præcedentem coniunctionem Luna iret à Mercurio in Taurum, aut in Cancrū, aut in Capricornū, erit sapiens seu doctus & ingeniosus. Et si fuerit in Sagittario aut in Piscib9 erit necromanticus. Et si fuerit in Virgine aut in Scorpiõe, erit necromanticus, geomanticus, chyromanticus & Astrologus. Et si in Ariete, Leone, Libra, erit etiam propheta, & interpretator somniorum, augur & chyromanticus.

¶ De matrimonio masculorum. 12.

LVna & Venus significant uxores.

Luna in una quarta domorum orientalium, significat ꝙ accipiet siue ducet uxorem in iuuentute, uel in senio iuuenem. Si fuerit in quarta occidentali, tarde accipiet uxorem, uel accipiet uetulam.

Et si Luna fuerit sub radijs solaribus & in aliquo aspectu Saturni, nunquam ducet uxorem, & maxime si Saturnus habuerit malum aspectum.

Si Luna fuerit in uno de illis signis, scilicet Ariete, Tauro, & Leone, uel quod aspexerit unum solum planetam, accipiet unam solam mulierem. Sed si fuerit in signo duorum corporum, sicut sunt, Gemini, Sagitarius, Pisces, & in illud signū aspexerit plusquā unus planeta, iste natus accipiet plures uxores. Et si ipsi planetæ qui aspexerint Lunā, fuerint fortunæ, hoc est Iupiter & Venus, iste sponsus habebit conuenientiā & unionem cum uxore.

Si Luna aspexerit Saturnum, uxor erit furibunda, ferox, inconuersabilis, de mala cōditione & natura. Et si Luna aspexerit Martem, uxor erit animosa quæ se non permittet domari à marito suo. Et si Luna aspexerit Venerem, erit formosa, bella, iocosa & placabilis. Et si Luna aspexerit Mercurium, erit boni intellectus & ingeniosa.

Et si cum Ioue, erit multum uirtuosa & nobilis.

Et si Venus fuerit cum Ioue, & cum Mercurio, aut cum Saturno, habebit uxorem utilem quæ illum prosequetur magna adfectione, & amabit filios.

Et si Venus aspexerit Martem, erit uxor consummatrix propriæ rei, instabilis, & exigui intellectus, & hoc si Venus aspexerit Martem de malo aspectu.

¶ De matrimonio siue coniugio fœmellarū. 13.

Sol significat maritum.

Si Sol fuerit in una quarta domorum orientalium, illa mulier ducet maritum in iuuentute, uel in senectute maritum iuuenem. Si fuerit in una quarta occidentali, tarde contrahet

matrimonium, uel in iuuentute accipiet maritum ſenem. Si Sol fuerit in ſigno unius figuræ, aut aſpexerit aliquem planetam orientalem, ducet ſolummodo unum maritum. Et ſi eſt in ſigno bicorporeo, uel quòd aſpexerit pluſquam unum planetam, habebit plures maritos.

Si Saturnus aſpexerit Solem, uel fuerit ei coniunctus, erit maritus illius honeſtus & iuſtus, & homo negociator. Et ſi cum Marte, erit crudelis & ſuperbus, ſine aliquo amore. Et ſi cum Venere, erit honeſtus & bellus. Et ſi cum Mercurio, erit ingenioſus, & laborabit pro lucro.

Quando Venus fuerit cum Saturno, maritus eius non erit laſciuus, & ſe abſtrahet ab actu uenereo, uel utetur luxuria nefanda.

Et ſi Venus cū Ioue, iſte maritus erit iuſtus, bonus & uerecūdꝰ.

Et ſi cum Marte, ille maritus erit iracundus & multum ſollicitus in actis Venereis.

Et ſi cum Mercurio, erit multum pius uerſus filios.

De amicitia inter maritum & uxorem. 14.

QVando luminaria in natiuitate uiri aſpexerint de trino uel ſextili, luminaria natiuitatis uxoris, ſe ament ſatis, & illud matrimonium durabit. Et ſi ſe aſpexerint quadrato uel oppoſitione, nunquam bene uolunt.

Et ſi dicta luminaria fuerint aſpecti de fortuna, ſemper erunt læti & ſani, & ſemper ſe ament.

Et ſi fuerint aſpecti de infortuna, ſemper ſe proſequentur odio, & ſibi uelint male, & ſtabunt in continua rixa & diſcordia.

Et ſi ibi Mercurius eſſet cum illis, unus damnet alterum, & facient diuortium cauſa adulterij, & totaliter ſeparent ſe unus ab altero.

Quando Mars & Venus fuerint coniuncti in tertia domo, ſpecialiter in Capricorno aut in Piſcibus, maritus eius immiſcet ſe, uel rem habebit cum aliqua ſorore aut conſanguinea.

Et ſi Luna fuerit cū Venere & Marte, habebit rem cū duabus conſangui

consanguineis. Et in natiuitate mulieris, duo sui consanguinei rem habebunt cum ea. Et si Venus fuerit cum Ioue, erit illud matrimonium bonum, & durabit longo tempore.

Et si cũ illo ibi fuerit Mercurius, habebũt magnam utilitatem.

Et si ibi fuerit Mars, erit matrimonium illud firmum, sed cũ zelotypia & cum damno.

Et si Venus fuerit orientalis, ducet uxorem minorē natu quàm ipse est. Et si Venus fuerit orientalis in natiuitate mulieris, ipsa ducet maritum iuniorem quàm ipsa est.

Et si Venus & Mercurius fuerint in Libra aut in Capricorno, contrahet matrimonium cum consanguineo.

Si Luna fuerit in Libra aut in Capricorno, & in ascendente, aut in medio cœli, habebit rem cum matertera & cum amica.

Et si natiuitas fuerit mulieris, se cõmiscet cum filio uel filiastro aut filio sororis, aut cum suo genero.

Et si dicti fuerint in signo fœminino, peccabit cum fœminis. Et si in signo masculino, peccabit cum masculis.

Quando supradicti planetæ fuerint in principio Arietis, uel in principio aut in fine Tauri, Leonis, aut Capricorni, ista res habebit maiorem effectum, maximè in ascendente, uel in decima, aut in quarta, aut in septima, cũ sit ita in illis signis. Et in isto loco, erit hermofrodita, hoc est masculus & fœmina, & sterilis, uel sine meatu & foramine, uel uirga. Et si cum ipso fuerit Mars, erit illi abscisa uirga, aut cauati testiculi. Et si fuerit mulier, habebit naturam clausam, uel graues infirmitates circa loca pudenda.

Quando Mars fuerit separatus à Venere aut à Saturno, & in aspectu Iouis, natus erit subtilis, & non coget naturam in coitu, nisi quantum modeste ab ipsa erit stimulatus.

Et si Venus fuerit in signo masculino cum Saturno, ille natus erit piger, & lentus in coitu fœmineo, & inclinatus ad Venerem damnatam.

Si Mars fuerit cũ Ioue & cum Venere in uno & eodem signo, iste natus statim se incitabit ad coitum, & habebit magnam uoluptatem, sed postea dum utitur deficiet & cadet in syncopim, &

pim, & abstinebit se à rebus ualde lasciuis, inhonestis & deformibus.

Si Mars fuerit solus cum Venere cut cum Ioue, sine aspectu Saturni, habebit magnam uoluntatem habere rem cum Virgine, & uiuere deliciose.

Si unus de illis fuerit uespertinus, & alter matutinus, erit tantū inclinatus ad masculas quātum ad fœminas. Et si ambo fuerint occidentales, habebit rem solum cum muliere. Et si ambo fuerint orientales, utitur luxuriam solummodo cū masculis uel cum iuuenculis puellis.

Et si signa fuerint masculina, nō amabit alterū nisi masculum. Et si fuerit in signo fœminino, ipse se submittet ad coitum, ac si esset mulier, & erit multum effœminatus.

Si Venus fuerit plus occidentalis quàm Mars, ille se immiscet uel commiscet cum muliere uili uel famula domus.

Et si Mars fuerit plus occidentalis quàm Venus, ipse rem habebit cum mulieribus nobilibus & maritatis & cum suis dominabus & maioribus se.

Si Venus se sociauerit cum Ioue & Mercurio, mulier erit iocunda, limpida & honesta in coitu.

Et si Venus se associauerit cū Saturno, mulier habebit magnū desiderium in coitu, sed timet & abstinebit.

Si Venus fuerit cum Marte solo, exercebit multum coitum. Et si cum eo fuerit Iupiter & Mars combustus sub radijs solaribus, mulier habebit rem cum seruis, famulis extraneis, & cū uilibus personis.

Si Venus sola fuerit combusta, habebit rem cum hominibus nobilibut & cum suis maioribus & dominis. Et si isti fuerint in signo masculino, ipsa rem habebit cum uiris. Et in signo fœminino, illa mulier agat rem cum altera muliere.

Mercurius aperit & auget ista adulteria. Et Saturnus facit insatiabilem, & facit ut mulier amore capiatur omnium uirorum quos uidet. Et Iupiter mitigat istum coitum.

¶ De filijs.

DEcima, undecima, & quinta, faciunt cognoscere filios. Luna, Venus & Iupiter donãt filios. Et Saturnus & Mars negant & non dant.

Si Mercurius fuerit orientalis, dat. Sed si fuerit occidentalis, negat.

Signa quæ filios dant sunt ista, Cãcer, Scorpius, Pisces. Et illa q̃ negant & non dant, sunt Leo & Virgo. Igitur si in decima & undecima, & in quinta fuerint signa sterilia, & ibi fuerint planetæ qui non dant filios, mulier non habebit filios, & si habebit, morientur. Et si ibi fuerit signũ quod dat filios, & ibidẽ fuerit etiam planeta qui filios dat, habebit filios satis bene ꝓportionatos, fortunatos & longæ uitæ.

Et si planetæ, qui dant filios, fuerint orientales, iste natus erit potens & magni nominis causa filiorum.

Et si planetæ, qui dãt filios, se bono aspectu aspexerint inter se, iste natus amabit fratres, & inter illos erit magna unio. Et hoc intelligitur tam de masculis, quàm de fœminis. Quoniam si planeta fuerit in signo masculino, erunt masculi. Et in fœminino, fœminæ.

¶ De amicis & inimicis. 16.

QVando loca Solis, Lunæ, & partis fortunæ, & ascendens alicuius natiuitatis fuerint similia locis Solis, Lunæ, partis fortũæ, & ascendẽti alterius natiuitatis, uel maior pars supradictorum planetarum & signorũ, significat inter ipsos firmam beneuolẽtiam, & perfectum amorem, qui nunquam deficiet nec finietur.

Quando luminaria fuerint commutata, hoc est, quòd unus eorũ habuerit Solem ubi alter habuerit Lunam, & alter habuerit Lunam ubi ille Solem, erit optima amicitia inter illos, & mutua beneuolentia, plusquàm in amore fraterno.

Item si in natiuitate una Sol & Luna aspexerint de trino uel sextili Solem & Lunam alterius natiuitatis, erit magna beneuolentia inter ipsos, sed non multum feruido animo.

Item si unus haberet in ascendente signum unum, quod etiã essent in ascendente, aut in undecima aut in quinta alterius natiuitatis, erit inter illos maxima amicitia, maximẽ si luminaria fuerint in uno signo, sicut in altera, aut ad minus unum luminare sicut in altera, amabunt se amore perfecto.

Quando uni ascenderet signum, & illud fuerit in duodecima, sexta, aut octaua alterius natiuitatis, erunt inimici.

Et si luminaria unius aspexerint luminaria alterius, quadrato uel opposito, erunt inimici crudeles, & se non amabunt.

Et si pars fortunæ unius natiuitatis fuerit etiam pars fortunæ alterius, erunt amici causa utilitatis & lucri.

Et quando Mercurius unius natiuitatis conuenerit cum Mercurio alterius, amabunt se causa uirtutis.

Et si Venus unius natiuitatis conuenerit cum Venere alterius, amabunt se causa luxuriæ.

Si fuerit in q̃drato uel opposito, erit magna zelotypia int̃ ipsos.

Quando Saturnus unius esset in loco Iouis alterius in uno & eodem signo, erit amicitia inter illos propter agriculturam, aut propter hæreditates quas habuerint communes in simul.

Quando Saturnus & Mars fuerint permutati, unus in loco alterius, uel in quadrato aut opposito, semper erit discordia int̃ illos

Quando Saturnus & Venus fuerint in uno & eodẽ signo, aut in aspectu bono, uel Saturnus unius fuerit in loco Veneris alterius, erit amicitia inter ipsos propter consanguineitatem.

Et si Saturnus & Mercurius fuerint in uno signo in ambabus natiuitatibus, erit amicitia inter illos propter mercantias.

Quando Iupiter & Venus in una fuerint, sicut Iupiter & Venus in altera, erit amicitia propter diuitias, aut propter mulierem, aut quia sunt ambo unius & eiusdem exercitij.

Iupiter & Mercurius quando concordant, dabunt amicitiam causa scientiarum.

Mars & Venus, dant amicitiam causa luxuriæ.

Mars & Mercurius, dant amicitiam causa fallaciarum, uel quia sunt ambo fures & infames.

Venus & Mercurius, dant amicitiam causa Musicæ, aut scientiæ & doctrinæ. De

QVando Luna fuerit occidētalis,& remota ab angulo,signi ficat mutationem de loco,& quòd erit multatum itinerum,& similiter Mars.

Et si pars fortunæ fuerit in tertia, uel in nona,tota uita nati erit in regione extranea.

Et si fortuna aspexerit,erūt uiagia utilia, & reuertetur statim in regionem suam.

Et si aspexerit infortuna, erit periculosus in itineribus & habebit paucam utilitatem.

Et si luminaria fuerint in una parte orientali,sæpe faciet uiagia uersus orientem.

Et si in una parte meridionali,faciet itinera uersus meridiem.

Et si fuerit in una quarta occidentali, uel in occidente,faciet itinera uersus occidentem.

Et si in quarta septentrionali,faciet itinera uersus septentrionē.

Et si fuerint in signis communibus,erunt itinera continua & durabilia.

Et si Iupiter & Venus fuerint domini tertiæ & nonæ,& locorū luminarium,non habebit timorem,neq; periculum, neq; malum aliquod in uiagijs,& erunt utilia.

Et si Mercurius fuerit cum istis, habebit magnam utilitatem & honores,& dabuntur illi dona & oblationes.

Si Saturnus & Mars dominarētur locis luminarium,aut quòd aspexerit de opposito aut de quadrato,habebit impedimentum & periculum in uijs.

Et si fuerit in signo aqueo, portabit periculum de submersione.

Et si fuerit in signo fixo portabit periculum de casu ab alto in uiagijs.

Et si fuerit in signo humano,stabit in periculo latronum.

Et si fuerit in signo animalis syluestri aut terreo,portabit periculum bestiarum syluestrium & ferocium.

Et si ibi fuerit Mercurius, stabit in periculo animalis uenenosi.

QVando Saturnus fuerit dominus octauæ, mors procedet à febre melancholica, & per longam infirmitatem, aut per catarrum, aut per fluxum uentris, aut morietur ethica, aut hydropico.

Quando Iupiter fuerit dominus octauæ, morietur ex squinātia, aut per apoplexiam, aut ex sciatica, aut per spasmum.

Si Mars fuerit dominus octauæ, morietur ex febre continua, uel duplici tertiana, aut per effusionem sanguinis, aut ex per cussione, aut ex febre acutissima.

Si Venus fuerit domina octauæ, morietur ex dolore stomachi, aut ex uicio epatis, aut ex dolore cordis, aut ex nimio potu, aut multo coitu.

Si Mercurius fuerit dominus octauæ, morietur ex nimia pertur batione mentis, aut ex tussi, aut ex melancholia, aut per multum sputum sanguinis, aut per casum de alto.

Quando duæ infortunæ essent in octaua uel opppsito, aut quadrato, uel quòd fuerint domini Sol uel Luna, morietur morte uiolenta.

Quando Saturnus fuerit in opposito uel quadrato Solis, & fuerit in signo fixo, morietur lapidibus obrutus à furia popu li, uel strangulabitur.

Et quando Saturnus fuerit occidētalis, & quòd Luna aspexerit de malo aspectu, significat simile.

Et si Saturnus fuerit in signo syluestro, morietur morsu anima lis ferocis.

Et si Saturnus fuerit in opposito luminaris, & illud luminare fu erit in ascendente, morietur pro carcere.

Et si fuerit Mercurius cū uno luminari, morietur per morsum animalis uenenosi.

Et si Saturnus fuerit in Cancro, aut Scorpione, aut in Piscibus, & habuerit aspectum cum Luna, submerget se.

Et si Saturnus fuerit in Cancro, aut Capricorno, aut in signo quadrupede cū Sole, uel in opposito Martis, morietur exali qua ruina, quæ in illum cadet. Et si

Et si Saturnus fuerit in medio cœli, uel in quarta, morietur per casum ab alto.
Quando Mars fuerit in opposito, aut quadrato Solis, morietur morte uiolenta, aut propter rixas, aut propterea quòd caput illi amputabitur, aut cadet de equo, & morietur.
Et si Mercurius fuerit cum Saturno, male tractabitur à latronibus, aut piratis, hoc est à latronibus in mari.
Et si fuerit in Scorpione, aut in Tauro, morietur per spasmum, uel quia illi secabitur aliquod membrum, aut per ignem.
Et si fuerit in decima, uel in quarta, significat quòd suspendetur.
Et si fuerit in decima, aut in ascendente, uel in quarta, in Ariete, Leone, aut Sagittario, significat quòd erit occisus per iustitiā & combustus uiuus.
Et si in signo quadrupede, morietur per casum de equo, maximè si Luna aspexerit illos de opposito uel quadrato.

¶ Aphorismi quidam in genere. 19.

Quando luminaria fuerint coniuncta, & pars fortunæ fuerit in ascendente, natus iste erit fortunatus in acquisitione substantiæ.
Item quando pars fortunæ fuerit in septima cum Ioue, facit simile. Et etiam si ibi fuerit sola fortuna, facit idem, sed non tam fortiter.
Quando pars fortunæ fuerit in ascendente, uel in septima cū infortuna, significat paupertatē & erit infortunatus in ludo.
Quando Luna fuerit in Leone, aut in Scorpione, erit res pessima, ut fiant incisæ uestes, aut induantur uestimenta noua.
Et si fuerit infortunata à Saturno in Scorpione, pacietur mal frantzose, uel scabiem.
Eclypsis Solis & Lunæ in ascendente, uel in loco Solis & Lunæ, illi est periculosa, sed in reuolutione annorum nō tantū.
Stellæ fixæ in decima, aut in loco Solis aut Lunæ, dant magnā exaltationē, sed aliquando malum finem. Hoc est illæ q̄ sunt de natura luminarium & stellarum maleficarum.

Quando fuerit in ascendēte Virgo aut Pisces, iste natus erit causa suæ exaltationis.

Et qui habuerit ascendentem in Ariete aut in Libra, erit causa suæ mortis.

Quando fuerit Taurus aut Scorpius in ascendente, erit causa suæ infirmitatis. Et si Capricornus fuerit, causa cumulationis pecuniarum & lucri. Et si Aquarius, erit causa acquirendi multas inimicitias.

Quando in octaua fuerīt infortunæ, erit occisus.

Et si ibi fuerint fortunæ, morietur morte naturali in sua propria domo siue patria.

Mercurius fortunatus in domo Saturni, donat magnum ingenium & doctrinam in omni scientia.

Mercurius in domo Martis, maximè in Scorpiōe, facit hominē ingeniosum, in opere maliciosum, & magnum trufatorem, & monstrabit se intelligere res quas non intelligit.

Quando Saturnus fuerit dominus ascendentis, natus ille delectatur rebus acetosis & acris pungentes linguam.

Si Mars fuerit dominus, delectatur in rebus acutis & amaris, & nō amabit in tantū res bellas & odoriferas, qui dū rem habet cū mulieribus pulchris, perdet uirtutem coitus, & cū bruta & deformi erit plus potens, & deditus coitu.

Quando ascendens serui fuerit decima domini, seruus ille dominabitᷣ domino. Et similiter unus socius alteri associabitur.

Quando ascendens fuerit principium alicuius, signi & ipsius Almuten esset etiā in principio alicuius signi, specialiter in decima uel undecima, iste natus erit longioris staturæ. Et si fuerit in fine signi & in quarta, erit curtæ staturæ.

Quando dominus ascendentis & maior pars planetarum non habuerint latitudinē, natus iste erit macer. Et si habuernt magnam latitudinem, quæ fuerit meridionalis, erit crassus, sed leuis in ambulando & saltando. Et si septentrionalis fuerit, erit ponderosus & grauis.

Quando dominus ascendentis fuerit retrogradus, uel in statiōe prima, erit crassus. Et si directus in statiōe secūda, erit macer.

Quan-

Quando Luna fuerit in opposito Solis cum aliqua stella nebulosa, perdet oculos.

Et si Luna fuerit occidentalis in angulo, perdet duos oculos, & maximè quando Saturnus & Mars fuerint ascendentes ante Solem, & quòd Sol & Luna fuerint in opposito uel quadrato.

Ille qui non habuerit Mercurium coniunctum cum Luna, aut quòd se non aspiciunt, & quòd nullus aspiceat ascendens, erit stultus uel diabolicus, & sine discretione.

In natiuitate diurna Saturnus in angulo, & Mars de nocte in angulo, significant quòd natus cadet in morbo caduco.

Mars in angulo diurno, & Saturnus in angulo nocturno, faciũt hominem stultũ, furiosum & diabolicũ, & maximè si in angulo ubi fuerit Mars, ibi fuerit Cancer aut Virgo, aut Pisces.

Quando Mars fuerit coniunctus corporaliter cum capite diaboli, quod est infra grad. 21. & 23. Tauri, & quòd fortunæ non aspiciunt ascendens, & ꝙ Sol de die, & Luna de nocte aspexerint Martẽ de opposito aut de quadrato, significat quòd nato abscindetur caput.

Et si Sol fuerit in medio cœli, suspendetur collo. Et si una de infortunis fuerit in Geminis & altera in Piscibus, illi abscindentur manus & pedes.

Qui habuerit Iouem aut Venerem in octaua, nõ morietur morte uiolenta.

Qui habuerit in ascendente Pisces aut Virginem, & Sol fuerit Hyleg & in medio cœli, & Mars & Saturnꝰ in quadrato ascẽdẽtis, nato illi abscindenť manus & pedes & suspendeť collo.

Quando Mars cũ dño ascendentis fuerit in octaua, & in Leone, & ꝙ nulla ex fortunis fuerit in octaua, erit combustus.

Quando Saturnus fuerit in medio cœli, & Sol aut Luna fuerit Hyleg in quarta, & in quarta fuerit signũ igneũ, morietur per ruinã, aut per rem quæ illi cadet supra dorsum. Et si fuerit in signo aqueo, submergetur aqua. Et si fuerit in signo humano, strangulabitur uel occidetur cum baculis.

Et si una ex fortunis fuerit in octaua, erit in simili periculo, sed euadet & non morietur tali morte.

Quando

Quando Mars fuerit in secunda, & fuerit dominus ascendenis, natus ille erit infidelis suo domino uel suo rege, & dominus suus habebit damnum in re familiari propter ipsum natum.
Quando Venus coniuncta fuerit cum Saturno, & fuerit domina septimæ, natus ille erit sodomita & luxuriosus contra naturam, & se corrumpet sæpe cum propria manu.
Et si Mars fuerit oriẽtalis, amabit plus sexum masculinũ quàm fœmininum.
Esse aui ipsius nati cognoscitur per septimam. Per undecimam domum cognoscuntur nepotes nati. Esse patrui, cognoscitur per sextam. Sed per decimã, cognoscitur status filiorũ patrui.

¶ De significatione planetarum in domo propria uel in alterius domo. 20.

SAturnus in domo sua de die, dat amicitiam nobilium & magnas diuicias. Et specialiter in ascendente cum parte fortunæ, facit hominem grauem, sapientem, superbum & melancholicum, & erit primogenitus uel plus nobilior inter fratres Sed de nocte, dat multas infirmitates & labores.
Saturnus in domo Iouis, dat pulchritudinem, & facit hominem qui semper est ueridicus & multarum diuiciarum. Sed de nocte, dat contentiones cum nobilibus & citam mortẽ patris.
Saturnus in domo Martis, facit hominem duri cordis quemadmodum saxum, sine misericordia, & dat iram maximam.
Saturnus in domo Veneris, facit hominem incredulum in sua fide, amabit mulieres pauperes & uiles, & semper de illis habebit damnum & uerecundiam, & magnum impedimentum propter coitum superfluum, aut per multam crapulam, habebit multas infirmitates.
Saturnus in domo Mercurij, dat ingenium & scientias, & faciet res occultas, per quas patietur damnum, & habebit nõnihil linguam tardam, & in furore subito faciet omne malum, & erit inuidia prosequutus & repræhensus sine iusta causa.
Saturnus in domo Lunæ, dat multas infirmitates nato, & morietur

etur cito,& diruet rem familiarem matris, & habebit malum in oculo sinistro, si de die. Et si de nocte, habebit malũ in oculo dextro, & faciet unum iter, ex quo non redibit unquam, uel redibit tarde & cum magno labore. Et est tantum si natus est est de die, quantum natus de nocte.

℣ De Ioue.

IVpiter in domo Saturni, facit hominem parui animi, & qui semper cogitat mala, & de isto habebit mala, erit infortunatus in rebus ecclesiasticis, sed erit multum diues, & semper dicit se esse pauperem.

Iupiter in domo sua, facit hominem multum diuitem & honoratum, & potentem, & præsidem magni uiri. Et specialiter in decima & in ascendente. Et si Iupiter fuerit in secunda, dat diuitias infinitas. In nona, decima, & undecima, facit magnos prælatos.

Iupiter in domo Martis, facit multum fortunatos, & socios regis aut magni principis. Et si fuerit in angulo, aut in succedẽte, aut in signo masculino, dat conditionem magnam in exercitu armorum. Et si fuerit in signo fœminino, dat minus stipendium, uel minorem conditionem in bello, hoc est, de gente minore & plus bassa.

Iupiter in domo Solis, facit hominem sapientem de bono ingenio, amatus à magnis uiris & à populis. Et si fuerit in angulo, aut in succedente, & specialiter de die, erit Rex, aut similis regi, hoc est magno uiro.

Iupiter in domo Veneris, dat amicitiam & practicam cum nobilibus, dat lætitiam & magnam utilitatem à mulieribus, aut erit magnus in religiõe, & erit honoratus, & habebit magnas diuitias ecclesiasticas.

Iupiter in domo Mercurij, facit hominem doctum & magnæ mercantiæ, & fidelem, & acquiret diuitias plures quàm sui socij & consanguinei.

Iupiter in domo Lunæ in angulo aut in succedente, dat practicã

 cum

cũ magnis uiris,& erit homo multum fortunatus,cognitus p̃ multas regiones.

¶ De Marte.

MArs in domo Saturni,facit hominem audacem, & quòd fi niet omne istud quod incipiet,& usurpabit rem famili arem consanguineorum,& morientur sui fratres maiores.

Mars in domo Iouis,facit natũ nobilem & amatum magnis do minis,& erit magnus ductor exercituũ, fortunatus & ingeni osus,& bonus geometra,si natiuitas fuerit nocturna. Sed si na tiuitas fuerit diurna, & non aspexerit Iouem aut Venerem, erit malignus,et ui coget alios cum superbia, habebit dolores occultos,& cadet ab alto.

Mars in domo Solis,significat destructionem nati,infirmitatem & dolores oculorũ,& stomachi,& mors sua erit subitanea,aut occidetur per ferrũ aut ignem,et morietur extra patriam, & delectatur in uita sua in rebus de ferro & de igne.

Mars in domo Veneris,facit hominem furiosum,qui rem habe bit cum cõsanguineis, uel ducet sponsam unam,quam primo stuprauerit, unde illi ueniet malum. Sed in Tauro dat falsi tates & traditamenta. In Libra, dat uulnera ex ferro uel igne in loco cooperto.

Mars in domo Mercurij, facit pigros & negligentes,sed pruden tes & astutos,& uincet socios cum malicia,lucratur malo ani mo,faciet res falsas cum penna,hoc est falsas scripturas.

Mars in domo Lunæ, facit hominem leuem ingenio,quæret res subtiles & profundas, erit audax facere mala,in loco occulto patietur malum,& in oculis, dissipabit rem matris quæ habe bit longissimam infirmitatem.

¶ De Sole.

SOl in domo Saturni de die,significat quòd natus erit perfe ctus in omnibus suis operibus. Et de nocte,erit instabilis.

Sol

Sol in domo Iouis, significat quòd erit magnus in ecclesia, & erit maior domus suæ, erit luxuriosus & fornicator, & habebit rem cum consanguinea.
Sol in domo Martis, dat infirmitates in epate, & pater morietur pessima morte, quando fuerit in Scorpione. Sed in Ariete, significat exaltationem nati, & pater eius non morietur mala morte.
Sol in domo sua in angulo, aut in succedente de die, facit regem, aut magnum principem, aut erit dives potentissimus & fortis corporis, & habebit diuitias non cogitatas, habebit bonam fortunam in itineribus. Sed de nocte, significat tristiciam, & citam mortem patris.
Sol in domo Veneris, facit hominem expositorem somniorum, erit uerax & inuestigator rerum occultarum, & amabit itinera.
Sol in domo Mercurij, dat multas scientias & bona opera, erit Astrologus, & amatus à nobilibus, si est natus in die. Sed si est natus de nocte, erit pauper, & faciet multa mala, maximè in iuuentute, sed in media sua ætate abundabit in diuicijs, & ei dolebũt oculi & stomachus, & immiscet se de rebus magicis & diabolicis.
Sol in domo Lunæ, maximè coniunctus cum Cauda draconis uel cũ Saturno, aut Marte, dat malũ in oculis, & faciet multa itinera, & sustinebit periculum in aquis.

¶ De Venere.

Venus in domo Saturni, facit hominem fornicatorem cum mulieribus desponsatis, & sodomitam, aut meretricariũ in puericia, cinedum & mollem, morietur cito uxor sua, & mater sua erit inhonesta, aut adultera.
Venus in domo Iouis, dat bona per mulieres, uel per ecclesiastica, erit discretus, honestus, & integer erit, sed aliquando habebit rixas cum suis.
Venus in domo Martis, facit hominẽ in iuuentute se implicare

d 2 meretri-

meretricibus, & si ducet uxorem uapulabit sæpe, uel occidet eam. Sed Aries facit quòd habebit odio mulieres, & amabit masculos iuuenes, uel habebit rem cum meretrice inhonesta.

Qui habuerit Venerem & Lunam in Ariete, & specialiter quando Sol fuerit in signo masculino, erit inimicus mulierum.

Venus in domo Solis, facit hominem amatorem minorum mulierum, & puerorum, & erit luxuriosus ultra modum.

Venus in domo propria, dat magnam prosperitatem & lætitiam, sed amabit mulieres stultas, & mulieres de quibus dicitur malum, ipse erit fortunatus in omni re, & habebit bonum effectum & exitum fœlicem in omni suo opere.

Venus in domo Mercurij, facit hominem conuersatorem cum personis religiosis, sed amabit multum luxuriam, & in iuuentute erit cinedus & effœminatus, sed ipse se delectabit potius cum mulieribus quàm cum masculis.

Venus in domo Lunæ, dat luxuriam impetuosam, & facit instabilem in omni re, & sic in omnibus alijs signis mobilibus, sicut sunt Libra, Pisces, & Capricornus.

De Mercurio.

MErcurius in domo Saturni, facit linguam impeditã, aut balbucientem uel maledicentem, & practicabit cũ religiosis & hominibus sapientibus, & erit profundi ingenij in omni scientia.

Mercurius in domo Iouis, facit hominem iustum & legalem, q̃ practicabit cum rege & magnis uiris.

Mercurius in domo Martis, facit hominem malignum, falsum, nequam, mendacem, maliciosum, nugacem, loquacem & fastidiosum in petendo, & uult obtinere res iniustas.

Mercurius in domo Solis, facit hominem scriptorem, bonæ memoriæ & intellectus, & profundum in omni scientia.

Mercurius in domo Veneris, facit hominem deditum rebus magnis, uoluptatibus & Musicis, & dat multitudinem amicorũ nobilium.

Mercurius

Mercurius in domo sua, facit hominem ingeniosum, astutum, cautum, in omni arte & scientia industrium, præsertim in Mathematica, Philosophia, poesi, & arte Oratoria, & erit aptus facere cum manibus omnia quæ uidet.

Mercurius in domo Lunæ, facit hominem bonæ uoluntatis, & castum, fidelem, & fortunatum in mercatura. Habet enim numen in Cancro, quoniã mittit suum antiscium in Geminos.

De Luna.

Luna in domo Saturni, facit hominem pigrum, malæ famæ, dat tussim, & malum per tussim, & malum seu debilitatẽ in oculis, & mater ipsius habebit aliquam infamiam, & morietur repente.

Luna in domo Iouis, facit hominem inter amicos primum, sicut regem & de bona fama, sed multum luxuriosum, et erit pro maiore parte sanus & longæ uitæ.

Luna in domo Martis, facit natum practicare cum malis hominibus de mala uita, & stabit in periculo submersionis, & mater eius morietur subito.

Luna in domo Solis, dat practicã & læticiam cum magnis dominis, sed infirmus aut debilis in oculis uel uisu, & dat dolores capitis & stomachi.

Luna in domo Veneris, facit hominem satis amabilem, & habebit utilitatem à mulieribus & uxoribus.

Luna in domo Mercurij, facit hominem bonæ uitæ & intelligentiæ, & amabit mulieres iuuenes, & erit etiam fortunatus in mercantijs.

Luna in domo propria cum bono aspectu fortunæ, hoc est Iouis uel Veneris, dat sanitatem corporis & conuersationem cum magnis dominis, cũ utilitate & honore. Sed infortunata à Saturno aut Marte, dat diuersas infirmitates, malum in oculis & subitam mortem matris, & natus erit in periculo in aquis & in itineribus.

Ille qui habuerit Saturnum in octaua in signo aqueo, & Solē in secunda in opposito, uel Solē in octaua & Saturnum in secunda, submerget se aquis.

Saturnus, Mars, & Sol in secunda, sunt mali, quia faciunt destrui rem familiarem. Sed Saturnus in secunda in domo sua uel in sua exaltatione, facit hominem auarum.

Iupiter uel Venus, aut Caput Draconis in secunda, faciunt hominem diuitem, sed auarum.

Iupiter, Venus & Sol in tertia uel in nona, faciunt hominem deuotum, & ipsorū somnia sæpenumero uera, & erit fortunatus in uiagijs.

Iupiter & Venus in secunda, faciunt semper hominem diuitem, & nunquam faciunt pauperem, sed multum auarum.

Illi qui habuerint Iouem in quarta, inuenient thesauros, aut acquirent rem non cogitatam, aut sine labore.

Ille qui habuerit Iouem in octaua, nō morietur morte uiolenta & erit laudatus, fortunatus, & multum longæuus.

Similiter si Venus fuerit in octaua, uiuet ad omne minus 72. annis.

Ille qui habuerit Iouem in quinta uel in undecima, habebit multos filios pulchros, & primus erit masculus. Et si esset in signo fœminino, habebit plures fœminas quàm masculos.

Ille qui habuerit Iouem in septima, habebit fœlicem senectutem & pulchram mulierem.

Ille qui habuerit Saturnum, Iouem, Solem in angulo, uel maiorem partem, erit primogenitus fratrum. Et si unus fratrū ante ipsum natus fuerit, morietur, & natus iste restabit primus, qui habebit primum locum in domo patris sui.

Ille qui habuerit Lunam in Scorpione infortunatam à Saturno aut à Marte, patietur mal frangose uel magnam scabiem.

Ille qui habuerit Martem in octaua cum Capite draconis, sine aspectu bono Iouis aut Veneris, collo suspendetur.

Ille qui habuerit Libram in ascendente, erit causa mortis suæ.

Ille

Ille qui habuerit Saturnũ in septima in signo aqueo, hoc est Scorpiõe, Cancro, Piscibus, habebit magnum malum in parte pudendæ, uel aliquam fistulam aut cancrum.

Signa aquatica

Ille qui habuerit Martem, Saturnum, Solem in secunda, erit pauper, et destruet rem sibi relictam.

Qui habuerit Venerem in Virgine, Scorpione, Capricorno, Aquario, erit mollis & multũ effœminatus, si fuerit masculus. Et si fuerit fœmina, erit meretrix, & specialiter coniuncta cũ Saturno, aut cum malo aspectu eius, aut Martis.

Ille qui habuerit Venerẽ & luminaria in signo masculino, erit luxuriosus contra naturam. Et si in signo fœminino, delectatur in mulieribus.

Ille qui habuerit Martem in ascendente, habebit magnum uulnus uel cicatricem notabilem in uultu aut in capite, excepto si Mars fuerit in domo propria aut in sua exaltatione.

Ille qui habuerit Martẽ in Virgine aut in Geminis, specialiter in angulo & combustũ à Sole, erit dissectus in partes, aut erit in quatuor partes sectus.

Ille qui habuerit Martem & Saturnum in angulo, et quòd Sol & Luna sint infortunati, sine aspectu Iouis aut Veneris, morietur morte uiolenta.

Ille habuerit natiuitatem suam de die, & quòd Sol sit infortunatus à Saturno aut à Marte, perdet oculum dextrum. Et si Luna fuerit infortunata & Sol non, perdet oculum sinistrũ, & ita econtra. Et quando ambo fuerint infortunati, perdet ambos. Similiter si fuerint coniuncti cum Cauda draconis, aut cum stellis nebulosis, si natus non erit cæcus, non potest uidere res subtiles, præsertim sine ocularijs.

Ille qui habuerit in ascendente caput Algol seu diaboli, quod est infra 21 & 23. grad. Tauri, & de natura Martis & Lunæ, & quòd Mars sit in ascendente cũ Sole, illi erit abscisum caput, maximè si Iupiter aut Venus non sint in octaua, uel quòd non aspiceant octauam neq; ascendentem.

Ille qui habuerit Solem & Lunam cum Marte aut cũ Saturno in duodecima, morietur in carcere, & quot planetæ ibi fuerint, tot carceres patietur uel exilia.

Ille

Ille qui habuerit Mercuriũ in Capricorno, uel in Aquario, erit multum ingeniosus & aptus ad discendum omnes scientias, specialiter in geomātia, geometria, arithmetica, astrologia, & poesi.
Ille qui habuerit Mercuriũ in Geminis, aut in Virgine, erit astutus & prouidus, & specialiter in secunda, & in duodecima, & erit latro cum ingenio.
Ille qui habuerit Mercurium cum Marte, erit nequam, latro & uiciosus.
Item Mercurius cum Marte aut Saturno in nona, significat quòd erit deuotus sicut diabolus, maximè quādo fuerint ambo simul.
Quando Mercurius & Luna se non aspexerint, & unus eorũ nõ aspexerit ascendens, erit homo pauci intellectus, stultus, & quasi diabolicus.
Mercurius cum Venere, facit bonum musicum & bonum sonatorem, specialiter in Geminis aut in Libra.
Mercurius in octaua, facit hominem magni ingenij.
Quando Mars fuerit cum domino ascendētis, cõiunctus in Leone, & si Mars non habuerit dignitatem in ascendente, & Iupiter & Venus non fuerint in octaua, peribit incendio.
Quando Mars & Sol, Luna & Saturnus fuerint in octaua in signo igneo, comburetur.
Quādo Mars fuerit in septima, Luna in ascendēte, Saturnus in decima, Sol in quarta, uel per contrariũ, erit sectus in partes quatuor, & faciet horrendam & crudelissimam mortem.
Quando Saturnus fuerit coniunctus cum Sole, Luna cum Marte, uel per contrarium, erit occisus, & facit crudelem mortem.

¶ De duodecim signis in ascendente. 22.

ILle qui nascitur ascendente prima medietate Arietis, erit colericus, astutus, iracundus, & plenus aduersitatibus.
Et ascēdente ultima medietate Arietis, erit homo bonus, fortis, laudabilis, amabilis, sine ira, sed erit nigri coloris.
Ille

Ille qui habet in ascendente primam faciem Tauri, erit multum amabilis.

In tertia facie seu decano Tauri ab 21. in 26. erit uilis & pauper & erit in periculo decapitationis, si Taurus & Sol tūc essent in ascendente.

In Geminis, erit de colore sanguineo, iracundus, sed parum durabit ira sua & colera, & erit homo uirtuosus, & dat paucos filios & erit quasi sterilis.

In Cancro, erit multum humanus, honestus, nodus, qui est in gula magnus, erit homo mutabilis. Et si est mulier, erit honesta & casta.

In Leone, erit homo honestus, fortis, magnanimus, sapiens, sed iracundus contra illos qui illi faciunt quod displicet. Et si fuerit mulier, erit fortis & robusta tanquam uir uel uirago.

In Virgine, erit homo honestus, castus, amabilis, discretus, humilis & bonorum morum, & aliquo tempore diues. Si mulier fuerit, erit casta & honesta.

In Libra prima facie, fallax & traditor erit, & erit causa suæ mortis. Et si fuerit mulier, erit ribalda & luxuriosa, & pessima in omni re. Et ille qui nascitur in fine Libræ, erit homo honestus & multum honoratus.

In prima facie Scorpionis, erit homo honestus. In secunda, erit fastidiosus. In tertia, luxuriosus & male conditionis, homicida & fastidiosus. Et si illi est mulier, est deformis, ribalda & meretrix.

In prima uel in tertia facie Sagitarij, erit homo honestus, & morietur per effusionem sanguinis. Et si fuerit mulier, morietur in partu.

Sed ille qui nascitur in secunda facie, erit longus & bene proportionatus, sed discretus & luxuriosus.

In Capricorno, erit deformis si ibi non inuenietur Iupiter aut Venus. Et si ibi est Venus, erit lasciuus si est uir. Et si fuerit mulier, erit incasta & meretrix.

In prima aut in secunda facie Aquarij, erit honestus, castus & quasi sanctus.

Sed in tertia, erit uilis & quasi demoniacus. Si fuerit mulier, erit meretrix.

In Piscibus, erit homo mediocris, plus pauper q̄ diues, habebit exilem uocem, delectabitur piscando & de agricultura, speciali ter si ibi fuerit Saturnus, & portabit periculum mortis in aqua, & multos habebit filios.

¶ De proportione corporum. 23.

Ille qui nascit̃ in Scorpione aut in Capricorno, aut in Piscibus, erit homo paruus.

Ille qui nascitur in principio Arietis, Tauri, aut Leonis, erit homo grossus. Et in fine dictorum signorum, macer.

Ille qui nascitur in principio Geminorum, Scorpionis, aut Sagittarij, erit macer. Et in fine dictorum signorum, crassus.

Ille qui nascitur in Tauro, Scorpione aut Piscibus, erit male proportionatus.


Ille qui nascitur in Vere, erit boni coloris & staturæ cōuenientis, habebit pulchros oculos, & erit calidus, humidus & sanguine9.

Ille qui nascitur in æstate, erit homo corporis bene temperati, habebit bonam staturam, oculos magnos, spissos capillos, erit calidus & siccus, & iracundus.

Ille qui nascitur in Autumno, erit flauus colore mellis, macer, humeris largis, capillos mediocres, oculos bene dispositos, sub t'lem uocem, erit frigidus & siccus.

Ille qui nascitur in Hyeme, erit bonæ staturæ, bene proportionatus, habebit capillos planos & raros, erit frigidus & humidus & melancholicus de complexione.

Iupiter




♃ in secunda, significat ꝙ acquiret diuitias infinitas, & nõ erit magis pauper.

♃ in prima aut in tertia significat ꝙ habebit multos fratres honestos, de qb9 habebit utilitatẽ et semp erit fortunatus, si etiam fuerint ibi alia signa.

♀ aut ♃ in tertia, significat habere prospe ros fratres, & dat illis ut consequantur maximam utilitatem.

☉ in quarta & in ♌, significat bonas diuitias nato & bonam fortunã, & patri longã uitam.




Significat bonã fortunã matri, & ꝙ uiuet longo tpe, & erit multũ honorata & diues.

Significat bonũ matrimoniũ et fortunatũ, de quo natus consequetur rem familiarem & filios.

Significat nato habere multos filios, de qbus habebit gaudiũ; similiter si fuerit ♃ in ♍ uel ♓.

Significat multas infirmitates & lõgas. Et si ☽ fuerit in ♌, aut ī ♐ ♑ ♒, significat impedimẽtũ in oculis



Significat maximos honores, sublimitates & exaltationes, & in suo exercitio & magisterio bonum esse.

Quando luminaria fuerint infortunata à Saturno aut Marte, uel ab ambobus sine bono aspectu Iouis aut Veneris, perdet oculos.

Quando Luna & Sol fuerint in signis igneis, in quadrato uel opposito Martis, sine aspectu Veneris aut Iouis, comburetur.

Et quādo Luna & Venus fuerint impediti à Saturno aut Marte, aut ad minus à Marte in malo aspectu, erunt oculi excauati. Et si esset mulier, illi amputabitur caput propter malū quod ibi habebit.

Venus, Iupiter, Sol & Luna in nona aut tertia domo, promittunt prosperitatē in itineribus, & erit homo stabilis in sua fide.

Quando Venus cum luminaribus fuerit impedita à Saturno, & fuerint oēs in angulo quartæ, maximè in Ariete, Tauro, Cancro, Leone, Virgine & Capricorno, erit mutus aut linguæ impeditæ, & erit gibbosus & claudus.

Quando Sol fuerit in Ariete & decima, & Venus & Mercurius in undecima, Luna & Iupiter in ascendente in Cancro, significat amicos bonos & nobiles, & maximè exaltationis, & diuitiarum infinitarum.

Quādo Luna & Mercurius fuerint in duodecima, Sol in sexta, & Mars in septima, significat nato inimicum de potenti domino, & stabit sæpius in carceribus & exilio, & in exilio per dictā inimicitiam.

Quando Iupiter fuerit in octaua in Cancro, Sagittario, aut Piscibus, significat quòd morietur naturali morte in patria sua.

Quando

Quando Sol, Luna, & Mars fuerint coniuncti in uno signo, & in aspectu malo, & illud signũ sit igneum, erit combustus. Et si fuerit in signo terreo, hoc est Tauro, Virgine, Capricorno, morietur per casum de alto, aut per ruinam, quæ illi cadet in tergum. Et si in signo aereo, erit positus ad patibulum aut suspensus. Et si fuerit in signo aqueo, se submerget in aqua.

Quando Mars fuerit coniunctus cum Sole corporaliter in Leone & in octaua, & quòd Mars non habet dignitatem in ascendente, & quod Venus & Iupiter non sunt in octaua, neq; aspiciant octauam de bono aspectu, peribit incendio, aut morietur per bombardas aut machinas bellicas.

¶ De forma & colore hominum quas dant planetæ. 24.

SAturnus in ascendente, facit homines nigros & colore citrino, satis pilosos, & inhonesto uultu, & se delectabit incedere male uestitus, & cum ambulat dat de uno talo in alium pedis, & incedit grauiter & pigre, & raro uel nunquam ridet, est iracundus, delectatur in agricultura, erit crassus mediocriter & pilosus in pectore, & paruæ staturæ.

Iupiter in ascendente, facit hominem pulchri uultus & aspectus, facie crassa, capillos planos & mediocres & pulchros, oculos candidos & bellos, & duos dentes superiores maiores, & ambulat grauiter, facit hominem honestum, religiosum, & pauci laboris, bonæ staturæ, & erit nonnihil caluus in fronte, & nonnihil lentiginosus de lentigine rubea.

Mars in ascendente, facit hominem album & rubeum, & in uultu aliqua granula rubea, & habebit raros pilos in barba, oculos paruos, dentes inæquales, homo suspicax & lætus, de bona carne & iusta persona, & capillos satis raros & planos apparebunt tanquam rubei.

Sol in ascendente, facit hominem carnosum, pulchri uultus, oculos magnos, colore albo commixtus cum citrino, barbam plenam, pilis acutis, uocis grossæ, erit consiliarius magnorum ui

rorum, & habebit aliquod officium à principe uel gubernium, & erit fidelis, sed suspicax.

Venus facit hominem album & candidum in corpore, à facie ceu mulier, carnem mollem, oculos pulchros ridentes & longe pulcherrimos, capillos pulchros & extensos, nasum aquilinum, & habebit aliquam notam, aut pulchrum signum in facie, & pulchra labia, & delectatur in bonis sonis & cantu & gemmis, erit bene proportionatus & dispositus.

Mercurius facit hominem mediocris staturæ, longis manibus & longis digitis, uocis subtilis, macilentum, curuum, oculis paruis, magnum nasum, pili barbæ rari, capillos mediocriter extensos, habebit signum in dentibus, erit sollicitus & fricabit terram quando ambulabit, erit exiguo animo, & statim irascitur, & facile ridebit ad se, erit scriptor aut Cancellarius, aut litteratus, Musicus, Arithmeticus, aut Astrologus, aut Geometra.

Luna facit hominem rotundæ faciei, album cum aliqua macula, grossam cutem, staturam magnam, oculos eminentes foras, patietur aliquod malum, habebit barbam longam, erit crassus & albus, sed ingratus, & parum inseruiet & obsequi præstabit, erit instabilis, nec firmus in uno proposito, nec in una re sola, nec semper in uno loco.

¶De planetis per duodecim domos. 25.

SAturnus in ascendente, nõ in domo propria, neq; in sua exaltatione, facit homines informes & infortunatos & sine gratia, sed facit primum in fratribus.

In secunda, in domo propria aut in sua exaltatione, facit hominem diuitem, sed miserum & auarum. Et si non fuerit in domo sua, facit pauperem, cui omnes male uelint, & sine amicis.

In

In tertia, opprimet fratres, uel quod non habebit nisi unum, & si haberet aliquem, semper erit in discordia cum illo, & erit infortunatus in uijs, parum deuotus, & omnia sua somnia erunt uana, & si fuerit sacerdos, erit parum deuotus uel hypocrita.

In quarta, in domo sua aut in sua exaltatione, dat diuitias in rebus stabilibus, & mater eius erit honorata. Et si non fuerit in domo sua, destruet id quod habebit, & si non habuerit patrimonium, erit semper pauper, & mater eius erit de uili conditione, & non diu uiuet, & illa erit sepulta in loco immundo & fœtente.

In quinta, significat mortem filiorum, aut quòd non habebit unquam, & semper se delectabit ut eat male uestitus & desertus. Et etiam si fuisset in domo propria.

In sexta non obediet unquam illi seruus, erit pro maiori parte uitæ suæ infirmus, inualidus & infortunatus in animalibus, & patietur dolores dentium & uentris.

In septima, in domo propria, uel in sua exaltatione, dat potentes inimicos, & mulierem diuitem. Et si nõ fuerit in domo propria neq; in sua exaltatione, minatur malam mortem, & uidebit ruinam inimicorum suorum. Et si fuerit in signo aqueo, patietur hemorroydes aut fistulam in pudendis.

In octaua in proprio domicilio, aut in sua exaltatione, significat quòd habebit hæreditates, & morietur bona morte de longa infirmitate. Et si non fuerit in domicilio proprio, non habebit hæreditatem, & morietur ex peste, uel de fluxu, & de infirmitate grauissima & longa.

In nona, facit hominem parum deuotum, & erit monachus aut sacerdos, & non credet admodum de fide sua, aut erit hypocrita, & erit infortunatus in itineribus, & somnia sua erunt terribilia & uana. Et si fuerit in domo sua, erunt somnia sua pro maiori parte uera, sed horribilia, & etiam erit hypocrita, sed honoratus in itineribus.

In decima, in domicilio proprio uel in sua exaltatione, dat dignitates & honores, & mater eius erit honorata. Et si non fuerit in domicilio proprio, neq; in sua exaltatione, mater eius morie-

tur

tur statim uel subito, & erit de uili conditione, parum honoris habebit, & habebit parum dignitatis, & ipse diu in carceribus tenebitur causa magnorum uirorum. Et si decima fuerit in Leone, & in dicta domo fuerit Sol aut Luna, morietur in carcere morte condemnatus. Si Iupiter fuerit dominus decimæ, erit occisus sine sua culpa. Si Mars fuerit dominus decimæ, morietur ex culpa sua. Si Mercurius fuerit dominus decimæ, morietur per falsum testimonium cum magna diffamia. Et si Venus aspexerit, aut fuerit cum Marte, erit uirgis cesus & torquebitur, & erit condemnatus morte.

In undecima in domicilio proprio, aut in sua exaltatione, dat amicitiam cum Saturninis, sicut sunt magni uiri, maximè senes. Et cum non esset in talibus locis, dat amicitiam cum uillanis, Iudæis & fratribus, & habebit fastidium propter amicos, aut qui non habebit aliquem unquam, & nunquam habebit illum quem desiderat, quoniam sua negocia erunt ut plurimum uana.

In duodecima, in domicilio proprio, aut in sua exaltatione, significat natum fieri fortunatum in animalibus maioribus. Et si non fuerit in domicilio suo, aut in sua exaltatione, erit infortunatus in animalibus maioribus, & erit timidus in suis negocijs, & erit infortunatus, stabit in carcere, aut erit demandatus exilio. Et quot planetæ fuerint in duodecima domo, tot uicibus stabit in carcere, maximè si Mars fuerit in angulo.

¶ De Ioue.

IVpiter in ascendente, facit hominem pulchrum & honestum, discretum, honoratum, erit primogenitus inter fratres.

In secunda facit bonum ingenium & dat magnas diuitias, & tantas quòd nunquam erit pauper.

In tertia, dat bonam fortunam cum fratribus & sororibus, & læticiam cum consanguineis, bonam fortunam in itineribus, & facit hominem deuotum & credulum, & somnia sua erunt quasi semper uera.

In quarta

In quarta, significat quód inueniet thesaurum, aut bonum non cogitatum,& sine labore,et facit diuitem ex rebus stabilibus, & pater eius erit honoratus,& uiuet longo tempore,& sepelie tur in locum honoratũ, & erit laudatus omni tempore,etiam post mortem.

In quinta, significat illum habere filios multos,pulchros & honoratos,& longæ uitæ, & habebit dona & oblata ex hominibus potentibus,& fungetur officio legati. Et si fuerit ecclesiasticus,habebit multa beneficia,& habebit diuitias ex hæreditatibus,& delectabitur in pulchris rebus & odoriferis,& gemmis.

In sexta,dat paucas infirmitates,erit honoratus à seruitoribus,& habebit utilitatem ab animalibus quadrupedis paruis, sicut sunt porci, pecora, castroni, capræ,& similia animalia.

In septima, dat læticiam per mulieres,& dat pulchram uxorem, diuitem, honoratam & castam, & habebit uictoriam contra inimicos suos, aut quòd nõ poterunt ei nocere,& sua senectus erit honorata.

In octaua, dat longam uitam,hoc est annos 72,& erit honoratus & laudatus,& habebit aliquam hæreditatem,& non morietur morte uiolenta.

In nona, dat læticiam & utilitatem in itineribus,erit honestæ uitæ,deuotus & firmus in sua fide.

In decima, dat maximas honores & dignitates, specialiter in rebus ecclesiasticis,& erit honoratus in suo magisterio.

In undecima,dat multos bonos fideles & utiles amicos,multos filios, & primus erit masculus,& habebit bonum finem de rebus desideratis.

In duodecima,si non est in domicilio suo aut exaltatione, dat carceres, seruitutes,& paupertates, damnum ex animalibus quadrupedis & seruis. Sed in domicilio suo aut in exaltatione, dat totum istud contrarium.

¶ De Marte.

MArs in ascendente,si non est in domicilio proprio aut in

f sua

ſua exaltatione, dat uulnera capitis, uel in uultu. Sed ſi fuerit in domicilio proprio, aut in ſua exaltatione, facit animoſum, potentem & fortunatum in armis, & facit hominem litigioſum, qui ſemper quæret rixas, & faciet res horribiles & abſurdas, & erit deſtructor rei familiaris, & ſe immiſcet rebus quæ nõ aper tæ erunt illi, de quibus non habebit uerecundiam, & erit parũ laudatus.

In ſecunda, facit hominem deſtructorem rei familiaris & indigentem, qui ſemper obiurgabit cum ſeruis & ſuis ſubditis.

In tertia, facit mori omnes fratres nati, & ſemper ſtabit in lite cũ fratribus, & erit blaſphemator, non timens Deum, & erit infortunatus in itineribus. Et ſi fuerit in domicilio Veneris habebit lætitiam cum fratribus et ſororibus. Et ſi fuerit in domicilio Iouis, erit multum diues, & faciet multa negocia de bonis. In domicilio Saturni, facit ſemper quærere theſauros. In domicilio Mercurij, erit ſubtilis in rebus quæ pertinent ad diuinationes, habebit multa falſa teſtimonia ex inuidia, & pericula. Sed in domicilio Martis uel Solis, facit latronem & deceptorem, & ſimiliter in domicilio Lunæ.

In quarta, faciet patrem ſtatim uel ſubito mori, & mouebit lites inter natum & patrem, diruet res ſtabiles, & facit facere homicidia, & dabit uulnera, tribulationes longas, & malum finem, & permittet peſsimam famam poſt mortem.

In quinta, in domicilio proprio uel ſua exaltatione, dat filios potentes. Sed ſi non fuerit in domicilio ſuo, neq; in ſua exaltatione, denegat filios, aut occidet filios, aut non habebit filios, ſi etiam habebit, morientur.

In ſexta in propria domo, facit bonos medicos, & dat ſeruitores armigeros. Et ſi non fuerit in domicilio ſuo, infortunabit ſeruitores, aut dat paucos & odioſos & infortunatos, & dat interitum & damnum per ſeruos, & illi erunt infortunati & odioſi, facit hominem lanium aut carnificem, & dat multas infirmitates, & febrem acutam quæ procedit à multo ſanguine.

In ſeptima in domicilio ſuo, dat potentes inimicos & uxorem beſtialem. Et ſi natiuitas fuerit mulieris, facit maritum beſtialem

lem, facit hominem litigiosum, qui se immiscet omni coitu, dat damnum in omni re & malum finem, & erunt abscissi manus uel pedes.

In octaua in domicilio suo, dat magnas diuitias, sed cum rixa & lite extra suam domum. Aut si non fuerit in sua exaltatione, dat paupertatem & tandem uituperio adfectus & occisus. Et si cũ illo fuerit Caput draconis, erit suspensus.

In nona, in suo domicilio, aut in sua exaltatione, dat bonam fortunam in itineribus, & erit terribilis, & delectabitur in Necromantia. Sed si nõ est in domo sua, dat infortunium in uiagijs & erit incredulus in sua fide, & delectabitur in armis & equis, erit homo prauus, audax, incontinens, infidelis, & somnia sua erunt falsa & terribilia.

In decima in domicilio suo aut exaltatione, facit ualidum in armis, & habebit bonam fortunam in armis, habebit stipendium in bello, sed extra suam patriã, faciet multas rixas & lites de rebus quæ non pertinebunt ad ipsum, sed dat flagella, pericula & paupertates, & malum finem, & inimicitias omnium suorum consanguineorum, & patris & matris.

In undecima, in proprio domicilio aut sua exaltatione, facit hominem amicum dominis armigeris & cum militibus habebit honorem & utilitatem in armis. Sed extra domum suam aut exaltationem, dat inimicitias cum amicis, & res quas speret non habebunt effectus.

In duodecima, dat multos inimicos, sed obruet illos, ingeniosus in furto faciendo, & erit infortunatus in bestijs maioribus, tenebitur in carcere, & habebit aliquod malum, aut uulneratus erit in pedes.

¶ De Sole.

SOl in ascendente, dat dignitates grandes & exaltationes, & amicitias cum dominis, & facit natum maiorem ætatis, aut plus dignum fratribus.

f 2 In

In secunda, dat pulchritudinem & læticiam in collo, & faciet expendere in rebus magnificis, honoratis & liberabilibus.

In tertia, facit ut ipsi detur officium à magnis uiris, & ambulabit per multas regiones, & erit honoratus in itineribus extra patriam, & habebit fratres honoratos.

In quarta, dat diuitias in bonis immobilibus, & magnos honores in senio, uel in fine suæ uitæ, & erit laudatus, & habebit ex instinctu naturali iudicare res futuras, erit sepultus in loco honorato, & erit etiam post mortem laudatus.

In quinta, erit honoratus à populo, & non habebit filios, & si etiam habebit erunt honorati, habebit dona de magnis uiris, & delectabitur ut gerat gemmas & res odoriferas, & fungetur sua opera magni domini in legationibus.

In sexta, dat multas infirmitates, & dat fastidium propter seruos & per homines ignobiles, & ipse benefaciet suis seruis.

In septima, dat inimicitias de magnis uiris, & dat uxorem nobilem, & erit natus iste in senio multum honoratus.

In octaua, dat hæreditates, sed dat magnum damnum in rebus familiaribus, quæ ab illo auferentur per magnos uiros, & morietur bona morte, excepto si Saturnus aut Mars non aspicerent Solem de maligno aspectu. Et si fuerit in signo aqueo, facit mortem in aquis. Si in signo igneo, morietur per ignem, aut per ferrum. Et si in signo terreo fuerit, morietur ex aliqua ruina, quæ supra ipsum cadet, uel quòd ille cadet de alto. Et si fuerit in Scorpione, facit illum mori in peste, & de rebus uenenosis aut per morsum serpentis, aut canis rabidi. Et si Sol fuerit in signo aereo infortunatus à Saturno aut Marte, erit suspensus aut trahetur chorda, aut conijcietur ad carcerem.

In nona, facit magnum prælatum & religiosum. Et si fuerit in Leone, Ariete, aut Sagittario, facit Cardinales aut Papam, aut magnum principem, habebit timore Deum, & erit constans in fide sua, & erit honoratus in longis uiagijs, & erit etiam honoratus in suo exercitio, & somnia sua erunt pro maiori parte uera.

In

In decima, specialiter in Ariete aut Leone, facit magnos dominos, & dat regnum & dominium magnum, sed iuxta suam conditionem, & ultra dat diuitias eximias & honores altos, & magnum titulum ex suo exercitio. Et si fuerit pauper & natus de obscuris parentibus, facit magnum uirum, diuitem & potentē ultra suam conditionem.

In undecima, dat amicitiam magnorum dominorum, & magnū gaudium per amicos ditissimos, & per filios & seruitores.

In duodecima, dat carceres uel exilium propter aliquod homicidium, uel propter iram domini, & perdet rem familiarem uel substantiam & honores, & habebit tribulationes à seruitoribus & per homines uilis conditionis, sed habebit bonam fortunam in magnis animalibus.

¶ De Venere.

VEnus in ascendente, facit hominem pulchri uultus, dat oculos lætos & deditus uoluptatibus, in bonis sonis musicis & cantationibus, & delectabit in rebus odoriferis, & ornatis uestibus, & erit fortunatus in omnibus suis operibus, & deditus omnibus uoluptatibus corporalibus.

In secunda, dat magnas diuitias & utilitates à mulieribus, & ab uxore, & nō erit magis pauper. Et si fuerit sacerdos, habebit beneficia ecclesiastica.

In tertia, facit quòd se abstinebit à malis operibꝰ, & dat fratres fortunatos, & habebit multos amicos & socios, erit honoratus in uiagijs extra patriam suam.

In quarta, dat diuitias ex rebus stabilibus, & inueniet non cogitata, & habebit domos & possessiones pulchras & magnificas, & pater eius erit honoratus & longæ uitæ, sed ipse habebit tristiciam pro matre in principio, & in fine læticiam, finis suus erit laudabilis, & erit honoratus in sua morte, & sepelietur in locum honoratum, & habebit etiam bonam famam post mortem.

In quinta, dat læticiam de filijs, sed in principio aliquod fastidium Et si fuerit in Scorpione, Cancro, aut Piscibus, dat multos filios

ſpecialiter fœminas. Sed in ſigno maſculino, ſatis bellos maſcu los & honoratos, diuites & longæ uitæ, & ipſe erit ſemper addi- ctus uoluptatibus, conuiuijs, ſaltationibus, cantionibus & ſo- nis, delectabitur ut bene ueſtitus & ſumptuoſe incedat, & geret in manibus gemmas & res odoriferas.

In ſexta, facit hominem ſanum. Et ſi fuerit in domicilio proprio, aut in ſua exaltatione, erit fortis & robuſtus, & quaſi nunq̃ infir mus, & habebit fideles ſeruitores, & ipſe benefaciet illis, & habe bit utilitatẽ de animalibus quadrupedibus minoribus. Sed ſi nõ fuerit in domo ſua, habebit faſtidiũ ex ſeruitoribus, nihilominus habebit id q̃d uoluerit ab illis, & habebit rem cũ famulabus do- mus. Et ſi fuerit mulier, habebit rem cum ſuo ſeruitore.

In ſeptima, dat ſenectutem fœlicẽ & lætitiam cum uxore, quæ erit bella & nobilis, & abundans in re familiari, & habebit bonum exitum in rebus deſideratis.

In octaua, dat diuitias & hæreditates, & uiuet lõgo tp̃e, & nõ mo- rieť mala morte, nihilominꝰ uidebit mortẽ matris uel nutricis.

In nona, facit magnũ prælatũ eccleſiaſticũ, & uiſitabit mũdũ totũ, honoratꝰ & laudatꝰ in ſuo magiſterio, & ſomnia ſua erũt uera.

In decima, dat lætitiam per magnos dominos & principes aut re ges, & acquiret diuitias ab illis, erit plus honoratus q̃ ipſe me rebitur in ſua conditione, & mater erit honeſta & longæ uitæ & multum honorata.

In undecima, dat amicitiam amicorum nobilium & bonam fortu nam cum illis, & habebit multos filios, & ſpes ſua non erit uana ſed pro maiori parte habebit ſuum intentum.

In duodecima, dat faſtidium & rumores cauſa mulierum, uel pro pter mulieres, aut propter amorem, & præſertim de uili con- ditione, & carceres aut exilium. Et ſi fuerit in Virgine, Capri corno, aut Aquario, & ſpecialiter coniuncta cum Sole, Saturno aut Marte, portabit periculum occiſionis cauſa amoris. Et ſi il- le uir fuerit, facit eum mollem & cinedum publicum. Et ſi fuerit mulier, facit meretricem publicam & inhoneſtam. Tamen Ve nus in duodecima, dat bonam fortunam in animalibus maio- ribus.

¶ De Mercurio.

Mercurius in ascendēte, & maxime in domo sua, aut Saturni, facit hominē ingeniosum & magnæ scientiæ, maxime in Arithmetica, Geometria, Musica, Astrologia, & in omni scientia. Sed si fuerit cū Marte in Ariete uel Scorpione, facit hominē latronem, nequā & malū, nugacē, loquacē, & fastidiosum in loquēdo, & semp uult loqui, & nō uult ut alij loquantur, & cū hoc semp erit odiosus, & habebit aliq̄d uuln9 in capite aut in uultu.

In secūda, dat honores à magnis uiris, & augmētat diuitias p ingeniū suū, et erit fortunatus in scripturis & mercātijs, & erit bonus pictor & scriptor, & in oī arte mœchanica ualebit, doct9 & ingeniosus.

In tertia, dat fratres & sorores, & multos amicos & erit fortunatus in itineribus. Et si fuerit in domicilio proprio, aut Iouis uel Saturni, facit doctissimos in omni sciētia, & inueniet res ex suo ingenio, quas nunq̄ didicerit ab alijs, habebit bonā fortunā in uiagijs, & bene illi uolēt sui cōsanguinei & fratres, erit fortunat9 in rebus ecclesiasticis, scriptura & mercātijs. Et si fuerit Mercuri9 in ♊ aut ♎, facit magnos musicos & sonatores pfectos, specialiter cōiunctus uel in bono aspectu Veneris.

In quarta, dat fastidiū & uerba cū suis, si ipse est infortunatus. Sed erit deditus agriculturæ & ædificijs, & cumulare pecuniam.

In qnta, facit equites legatos, uel hoies q ambulāt p mūdū. erit deditus cōuiuijs, uoluptatibus, musicæ, & specialiter cū Venere, & in omnibus fastidijs suis sibi dabit quietē cum exigua cura, sed habebit bonos manus, erit bonus pictor & scriptor, & faciet res ingeniosas & pulchras, & habebit dona à magno domino.

In sexta, maxime infortunatus, facit hoiem male loquentē, deceptorē, deditum luxuriæ, & ipse etiā erit deceptus à mulieribus, seruis & ancillis. Et si fuerit cū Marte aut cū Saturno, uel cum ambobus, stabit in periculo ne occidatur à seruis aut à famulabus, aut erit ueneno sublatus, aut morietur in carcere.

In septima facit hominē multū luxuriosum & litigiosum cū mulieribus & cū uxore. Et si fuerit cū Marte aut cū Saturno, erit occisus, & occidet uxorē suā, habebit potētes inimicos, habebit tractum chordæ, & erit iudicio damnatus, & morietur propter iudicium, uel propter iusticiam.

In octaua, facit infortunatos ꝑpter maximas inimicitias cũ uicinis, & dat infortuniũ in hæreditatib9. Et si ☿ fuerit in domo sua aut in sua exaltatiõe, aut in bono aspectu ♃ aut ♀ habebit hæreditatẽ et diuitias. Sed cõiũct9 cũ ♂ aut cũ ♄, morietᷣ mala morte
In nona, dat multa itinera, & erit honoratus in illis, & dat magnũ lucrũ & utilitatẽ, & maxime cũ Ioue et Venere, & erit laudatus ab omnibus, & doctus in Astrologia & omni Mathematica, & in rebus ecclesiæ habebit bonam fortunam.
In decima, facit secretariũ magnorũ principũ, & habebit gubernatiõ in alios cũ honore & lucro, habebitq́ bonã fortunã in scripturis, mercãtijs, arithmetica, geometria & astrologia, et erit laudat9 ꝑpter uirtutes suas ab omnibus in mũdo. Sed si fuerit infortunatus cũ Marte, in suo fine erit infœlix & pessimus.
In undecima, dat amicitiam cum hominibus uirtuosis, & erit ab omnibus amatus, & habebit societatem cum hominibus honestis, & habebit fortunam bonã in omnibus rebus quas incipiet.
In duodecima facit infortunatũ hominẽ, parum leuem ingenio, & semp quæret de rebus sine fundamẽto, habebit multos inimicos, & sæpe stabit in carcere. Et si fuerit fortunatus, habebit bonã fortunã ex animalib9 quadrupedib9, & solet facere hoĩes literatos & philosophos, & in omni etiam scientia.

¶ De Luna.

LVna in ascendẽte, facit hoĩem flauũ candidũ, & habebit aliq́s maculas in uultu, & dat magnã utilitatẽ & dignitatẽ à magnis uiris, & beneficia ab illis, & faciet sæpe itinera honorata.
In secunda si fuerit infortunata, dabit dolores & frustratiões. Sed si fuerit fortunata, dat multas diuitias, & dat utilitates ex legationibus magnorum principum & dominorum.
In tertia dat uiagia honorabilia, & utilitatẽ & lætitiã & exaltationem à rege, aut à magno dño, & dat multos amicos nobiles, & utetur opera sua in legatione, & erit inclinatus ad uiagia breuia, & pacificus erit cum fratribus & consanguineis.

In quar-

In quarta, si natiuitas fuerit diurna, erit in pricipio suæ uitæ infœlix, sed in fine laudabilis, et erit multum deditus agriculturæ & ædificijs, & cumulare pecuniam.

In quinta dat filios & filias, & habebit semper bona noua de longis regionibus, et erit multum deditus itineribus, eritq; legatus communitatis, & habebit multa dona à populo & ab uniuersitate & nobilibus, & erit deditus conuiuijs.

In sexta, dat rixas & contentiones cū consanguineis & inimicitias cum muliere, & lucratur de animalibus quadrupedibus, & practicatur cū gente uili plusq; cū nobili. Et si Luna fuerit fortunata, erit sanus. Et si fuerit infortunata, erit quasi semp infirmꝰ.

In septima fortunata, dat honestam mulierem, & inimici nō poterunt nocere, et senium eius erit honoratum & habebit bellam uxorē & diuitem. Et si Luna fuerit infortunata, erit contrariū.

In octaua, dat hæreditates, diuitias & lōgam uitam. Sed si est infortunata, uiuet parum, & erit lunaticus, & persequentur illum magni uiri, & erit falsificator testimoniorum contra ipsum, & multas rixas & carceres.

In nona, facit eum delectare in rebus uarijs & diuersis, malis cogitationibus, & peregrinabitur per mundum, aliquando priuabitur sua dignitate, & si nona domus erit in domo Mercurij, erit magnus astrologus. Et si fuerit in domo Veneris, delectabitur Musica. Et si fuerit in domo Martis, delectabitur in armis & agricultura. Et si in domo Saturni, erit alchimista. Et si in domo Iouis, erit magnus in religione. Et si in domo Solis, habebit scientiā & prouidentiā de animalibus quadrupedibus. Et si in Cancro, scientiam de omni re aquatica.

In decima, dat effectum de omni re quæ desideratur, & erit honoratus à magnis dominis.

In undecima, dat læticiam, honorem & utilitatem à magnis principibus siue dominis, & à populis, & acquiret quæ desiderabit, & habebit multos filios.

In duodecima infortunata, dat multa impedimenta carceris, exilij. Et si fuerit combusta, coniuncta cum Sole aut cū Saturno, aut Marte, iudica nato infinita infortunia, & erit breuis uitæ, & mo-

& morietur de ferro aut peste, aut in aqua, & erit infortunatus in animalibus quadrupedibus. Et si fuerit fortunata, non significat tantum malum

De capite draconis 26.

Caput draconis in ascendente, significat exaltationē & bonā fortunam nato, & erit honoratus à magnis uiris, & specialiter à prælatis.

In secunda, dat augmentū diuitiarū & bonam fortunam de modo, quòd nō erit unquam pauper, & habebit hæreditatem uel bona ecclesiastica, & erit diues & auarus.

In tertia, facit nobiles fratres & fortunatos, & dat exaltationem in rebus ecclesiasticis, & facit prælatos timentes Deum, & bonam fortunam in uiagijs paruis.

In quarta, dat res stabiles et magnas diuitias, & inueniet thesauros, aut bonū nō cogitatū, & facit patrē nobilem & lōgæ uitæ. Sed in signo aqueo, dat impedimentum in dicta re.

In quinta, dat multos filios fortunatos & lōgæuos, & diuitias maximas aut beneficia, et erit missus in legatiōe, & custodietur ab omni piculo malo. Sed delectaī induere uestimenta pomposa.

In sexta, liberabit natum de infirmitatibus, & dat multos seruos fortunatos.

In septima, dat gratiā nato, & forte cū muliere, bella uxore, & sua senectus erit multum honorata & laudata, & in fine gloriosa, sed sæpe habebit malum in oculis.

In octaua, facit robustos & animosos uitæ, & dat paucū fastidium & dolores, & dat diuicias & hæreditates & multos honores, & erit liberalis, & prodigus magis quàm auarus.

In nona, facit homines deuotos & prælatos, & in suis opibus fortunatū, & in uiagijs acquiret famā, honorē & lucrū, sed infortunatus in fratribus & sororibus, & somnia sua erunt uera.

In decima, facit hominem deuotum & magnum principem uel dominum, & ex suo magisterio acquiret honorem & famam, ac lucrum, erunt homines longæ uitæ ac honestæ.

In

In undecima, dat amicitias magnorum hominum & utilitatem & honorem per illos, sed erit infortunatus in filijs.
In duodecima, dat bonã fortunã in animalibus magnis, sed infortuniũ in seruis & seruabus, & dat inimicos potẽtes occultos, & paucarũ diuitiarũ.

¶ De cauda draconis. 27.

CAuda in ascẽdẽte, dat pernitiẽ & tribulationẽ, facit hoĩes deformes, & in piculo pdẽdi oculos, aut magnũ malũ in illis.
In secunda, dat paupertatem & destructionem rei familiaris & substãtiæ, & cadet de loco alto improuise, facit hominẽ liberalem uel prodigum & fortunatum in ludo.
In tertia, significat destructionem fratrum & sororum & lites cũ cõsanguineis uiciniis, & infortunatũ in breuibus itineribus.
In quarta, ruinam patrimonij & rerũ stabiliũ & bonorũ immobilium, facit quærere res de quibus nunquàm utilitatem habebit, pater erit uilis & paucæ uitæ.
In quinta, facit ut filij ibunt in interitum, uel quòd non habebit, & si habebit, malam fortunam habebunt.
In sexta, dat multas infirmitates & dolores, seruos pigros & infirmos, & erit infortunatus in animalibus minoribus.
In septima, dat mortem uxoris & inimicos publicos.
In octaua, dat horrendam mortem, & facit perdere hæreditates, nihilominus facit diuitem & auarum.
In nona, facit uolubilem in fide, & indeuotum, & infortunatum in uiagijs longis, & in suo exercitio.
In decima, facit ut natus deponetur ab officio, & cadet ab alto, & mater eius erit infortunata & breuis uitæ.
In 11. dat modicam gratiã cũ amicis, sed aliq̃s filios fortunatos.
In 12. dat ruinam inimicorum et damnũ in animalibus magnis.

Errata. A 3. fa. 2. li. 12. hoĩes paruos statura. li. ult. neruos. A 4. fa. 1. li. 27. prope accederent. li. 28. habebit impedimẽtũ in resticulis. Fa. 2. li. 5. in aliq̃ membro defect. li. 20. habebit aliq̃d malum. C 1. fa. 2. li. 2. q̃d etiã esset in. C 3. fa. 2. li. 9. in octaua fuerint

ANTONII DE MONTVLMO, ARTIVM AC MEDICINAE DOCTORIS, DE IVdicijs Natiuitatum liber præclarissimus. Additionibus Iohan. de Monteregio illustratus, necunquam ante hac æditus.

Norimbergæ apud Iohan. Petreium,
Anno salutis M. D. XL.
Mense Augusto.

Index huius libri.

GEORGIO IOACHIMO RHETICO LIBE-
ralium artiũ Magiſtro, & Mathematum ſtudioſiſs.

SAEPE mecum cogito mi Ioachime, de temporum & ingeniorum diſsimilitudine. Non ita multi anni ſunt, cum ferè nulla pars literarum dextre tractaretur, nulla erat linguarum cognitio, inutilibus diſputationibus nõ ſolum Scholæ, ſed Eccleſiæ quoq; complebantur. Quia autem non deerant præmia diſcentibus, multa fœlicia ingenia maximis laboribus ea diſcebant, quæ nũc non minore labore ſunt dediſcenda. Hanc calamitatem cum merito deploremus oẽs, ſucceſſit alia maior, ꝙ hodie in tanto bonarum literarum et omnis eruditionis lumine, rariſsima ingenia ſunt, quæ eam uoluntatem ad diſcendum afferunt, quam & Reipub. ratio, & ſingulorum tum dignitas tum etiam commoda poſtulabant. Huius deploratæ calamitatis cum te habeam teſtem, qui in clariſs. VVittenbergenſium academia non didiciſti ſolum, ſed docuiſti etiam: quid opus eſt longiore oratione? Pauciſsimi ſunt qui linguarum ſtudio occupantur. Philoſophia impie negligitur, qua hæc uita nihil habet poſt Dei uerbum præſtantius, ſiue eam doctrinæ partem reſpicias, quæ Dei opificium & naturæ mirabilem conditionẽ ſtudioſe perſequitur: ſiue eam quæ morũ & uitæ honeſtæ inſtituendæ præcepta complectitur. Hoc fit, non ideo quòd ingenia noſtris hominibus deſint, ſed quod peruerſa opinione ferè ſunt imbuti: Non enim quid in cõmune proſit æſtimant, ſed ſicut auarum mercatorum genus ſolet, ad numos & quæſtum reſpiciunt. Quare tibi mi Ioachime gratulor illam mentem, quod cum aliorum exemplo quæſtuoſas artes facillime ſectari poſsis, tu aliud tibi delegiſti curriculum, ut certã & firmam cognitionem pulcherrimarum artiũ tibi

comparares. Nunc annus abijt, cum hic nobiscum esses, non ut merces, lucri causa sicut mercatores, comparares, sed ut Reipub. nostræ clariss. uirum & de literis optime meritum Io. Schonerum cognosceres, & cum eo de ratione motuum, quos corpora cœlestia admirabiles habent, conferres. Hanc tu existimasti fœlicissimam mercatutam, & præclare tecum putabas actum, quod Schonerus noster pro sua incredibili humanitate non solū delectaretur ingenio tuo, sed etiam liberaliter communicaret, quæ tibi in hac ratione discendi profutura credebat. Hæc discendi auiditas te postea in ultimam Europæ oram pertraxit, ad uirum excellentem, cuius rationem, qua motus cœlestium corporum obseruauit, tu nobis luculenta descriptione exposuisti. Is et si rationem usitatam qua in Scholis hæ artes docentur non sequitur, tamen præclarum thesaurum existimo, si obseruationes eius te instigante aliquando, ut futurum speramus, nobis communicentur. Magnam utilitatem in tota uita hoc genus doctrinæ habet, quod motus cœlestium corporum scrutatur. Itaq; nō solum præclare de te sentio, sed etiam magnam spem cōcipio futurum, ut tua opera plurimum lucis uniuerso huic generi doctrinæ afferatur. Nec dubito ciuem nostrū Ioannem de Regiomonte pari sedulitate in iuuētute sua esse usum, cuius multa & insignia monumenta Schonerus noster in lucem ædidit. In huius Bibliotheca cum hisce diebus hunc de Natiuitatibus librum uideremus, etsi paulo ante simili argumento Arabem æddideramus, tamen existimauimus hunc Montulmum quoq; esse ædendum. Non ideo solum, quod nulla bono uiro potest esse dignior cura quā ut monumenta doctorum uirorum conseruentur, sed etiam quia hæc ipsa philosophiæ pars de Natiuitatibus, certas & magnas utilitates habet ad uitam, sine superstitione recte instituendam. Volui autem mi Ioachime tuo nomini hunc auctorem hactenus nusquam æditum dedicare: non ideo solum, quia te ob uirtutem & insigne discendi studium plurimum amo, sed ut hunc auctorem, quasi præmium quoddam laborū & studij tui à nobis

habe-

habeas. Semper in hac Repub. nostra fuerunt homines Mathematum studiosi, nec sanè uel ex opibus, uel ædificijs, uel alio com mendationis genere nobiliorem eam esse existimo, quàm quod hæc studia coluit, & excellentissimos uiros Regiomontanum, Vernerum, & similes habuit. Cum itaq; in totum ferè orbem hinc merces exportentur, quid prohibet etiam doctissimorum uirorum monumenta à summis uiris conseruata, hinc in totum orbem euulgari? Ego quidem sic sentio, etiam in hac parte me de Repub. præclare mereri, sed Schonero & plus gratiæ & laudis debetur, qui huiusmodi autoribus uulgandis & suam erga studia uoluntatem toti mundo commendat, & Reipub. dignitatem non paulo rectius auget, quàm qui præter opes nihil neq; sciunt nec admirantur. Tuum erit, ut non solum officium nostrũ probes, sed etiam Schoneri erga te & omnes studiosos summam uoluntatem agnoscas & prædices. Bene uale Noribergæ Calend. Augusti 1540.

Iohannes Petreius
ciuis & typographus Noribergeñ.

ANTONII DE MONTVLMO ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORIS, IN IVdicijs natiuitatum liber præclarissimus.

Cpa. 1. Quomodo eligendus sit Almuten loci alicuius.

Annotat. Io. de Regiomōte.

¶ In hoc primo capitulo Antonius disputat, utrum ad hoc q̄ planeta sit Almuten alicuius loci, requiratur quod aspiciat eum locum. Concludit tamen aspectum non esse necessarium. Allegat etiam Leopoldum de Austria.

almute? quis: qui plures dignit

ILLE reuerendissimus Ptolemæus, qui naturali calle in suis iudicijs processit in libro quatuor partium, parte tertia, cap.2. dicebat; quòd Almuten alicuius loci est ille planeta, qui in dicto loco habet quinq; conditiones, quæ sunt, triplicitas, domus, exalratio, terminus, apparitio, uel Solis affinitas in figura. Et ille q habuit plures in dicto loco istarū fortitudinum uel omnes, ille erit dicti loci significator, & per apparitionē intelligebat coniunctionem corporalem, uel aspectum ad dictum locum. Et etiam Ptolemæus loco allegato parte secunda, cap. 1. dicebat, quòd ille est Almuten tempore eclipsis, qui plures habet dignitates in loco eclipsis, & in angulo præcedenti, & aspectu aliquo aspiciat dictum locum, uel ibi corporaliter sit. Vnde ex intētione eius extrahitur, quòd coniunctio corporalis uel aspectus sit de conditionibus requisitis in inuentione Almuten. Item Haly Abenragel lib. 1. cap. 9. ponebat, quòd Almuten cōiunctiōis erat dominus ascendentis si ipsum aspiciebat. Et consimiliter dixit de Almuten domus secundæ. Item Bonatus in natiuitatibus cap 3. ad inueniendum Animodar, necessario cōcludebat aspectū illius, qui debebat esse Almutē in loco cōiunctionis uel præuentionis immediate præcedētis natiuitatem. Sed Alkabitius, qui præ alijs omnibus cum breuitate optime dixit, in introductorio differentia quarta de expositione Animodar, absolutè ponebat Almuten gradus coniunctionis uel præuentionis immediate præcedētis natiuitatem, qui plures fortitudines absolute habebat in dicto loco, nec considerabat aspectum. Et differentia prima circa finem, illud met asserebat. Et Haly libro allegato cap. 10. ad inueniendum Almuten, gradus coniunctionis significatorem accepit non considerando aspectum Et in tractatu de urina, nō uisa fuit significator inuentus absq; eius cōsideratiōe

aspectus

aspectus. Et sic uoluit Leopoldus de Austria, & alij quamplures auctores. Quare Bonatus recto ordine non processit, cum præponebat aspectũ cuiusq; domini alicuius dignitatis in loco, in quo debet quæri Almuten ultra dignitatem domini domus, uel domini exaltationis, si dictum locum non aspiceret. Et licet uideatur pro se adducere posse Ptolemæum loco prædicto, non tamen ponit. Quoniã Ptolemæus ponebat bene naturã aspectus multum ualere, sed non præponebat dignitatem aspectus excellere dignitatem domus in hoc casu: unde expressæ auctoritates sunt contra ipsum Bonatum, & rationibus contra ipsum sic persuadetur, præsupponatur uerissimum, quòd dignitas domus uel exaltationis est maior (loquendo absolutè) quàm sit dignitas aspectus. Hoc præsupposito, sit tertius gradus Arietis, cuius uolumus quærere Almuten, Et ponatur quòd nec Sol nec Mars dictum locum aspiciant, sed Iupiter dñs triplicitatis secundus aspiciat, tunc secundum uiam eius Iupiter erit Almuten gradus prædicti. Sed cõtra: maior est dignitas & cõuenientia, quæ habetur per domũ, quàm quæ habetur per aspectum, ergo &c Ad secũdum patet per processum Ptolemæi, ubi in omnibus locis, in quibus quæritur Almuten, præponit dignitatẽ domus. Secũdo sequeretur, quòd in aliqua natiuitate multum propinquè æstimata, secundum uiam de Animodar, quam ipse tenet, nõ posset fieri Animodar cõclusio est falsa, ergo. Cõsequẽtia sic ꝓbatur, qa sit certus locus in quo debet quæri Almuten, tunc satis possibile est, quòd nullus dominus dignitatis dicti loci ipsum locum aspiciat, tunc non poterit inueniri Almuten secundum ipsum, & per consequens non poterit facere Animodar in natiuitate prædicta. Tertio modo patuit cõsequẽtia experientia, quòd dominus loci habens plures dignitates, in eo est inuentus Almuten, & sic continue iudicaui, & processit ad ueritatem. Nam una dierũ cum mihi principium ægritudinis cuiusdam nobilis dominæ præsentatũ fuit, de qua scire uolui an debebat liberari uel mori uia sola astronomica, & Libra erat in octaua domo, & dominus ascendẽtis Luna, & conclusi Saturnum Almuten octauæ, qui nullo aspectu dictum locum aspiciebat, & Venus erat in nona, aspiciens dictum locum, Luna à Saturno recedebat, & Veneri iungebatur sub terra, unde iudicaui dominam transiuisse periculum mortis de pauco, & quia Veneri sub terra iungebatur, quæ erat multum dignificata in Libra, dixi, ꝙ iterum domina debebat paroxismare ad periculũ, sed nõ ita intensum quemadmodũ fuit primũ. Et ꝙ hæc domina debebat cito liberari. Et dixi, quòd infirmitas erat noua, nec huius hic pono causas, & omnia successerunt ad ueritatem. Vnde, si fuisset Venus Almuten octauæ, iudicassem ipsam de proximo morituram, quia nullus erat aspectus fortunæ, nec alicuius beneuoli corporalis coniunctio, Luna existente male disposita, cum coniunctione prædicta sequebatur mors dictæ dominæ. Et sic in omnibus iudicijs per experientiam adinueni. Almuten alicuius loci, est planeta qui plures numero fortitudines habet in dicto loco, aspiciat uel non aspiciat, sed si aspexerit est melior, Si uero in dicto loco plu-

plures planetæ æquales essent in fortitudine, ille erit Almuten, qui dictum locum aspexerit. Etsi æqualiter aspexerint, eligemus illum qui erit in angulo fortioris esse. Etsi æqualiter fuerint, illum eligemus, qui fuerit in suo Hayz, & Soli affinior in figura, ita quòd non sit sub radijs Solis, & meliori aspectu dictum locum aspiciat, ille erit Almuten eligendus &c.

Cap. II. De duobus rectificandi modis natiuitatum.

Annotat. Io. de Regiomõte. *In hoc capitulo secundo de opinionibus Animodar, aliqui enim æquare solebant secundum quantitatem continuã, ut Guido Bonatus, alij secundũ discretã, quæ uia est cõmunior.*

Quoniam in iudicijs natiuitatum debemus præcise operari absq; minuti scrupulo ratione directionum, & etiam debemus planetarum adæquationes habere præcise, & quia cũ dabantur horæ natiuitatum nostris sapientibus antiquis, magnam diuersitatem inueniebant in iudicijs natiuitatum, nec habere poterant ueritatem præcisam. Considerauerunt quòd fortè erat eis impossibile habere præcisum ascendens, nisi ipsi astarẽt partui, quod eis non erat congruum, & capere possint altitudinem Solis hora exitus infantis ab utero matris, uel altitudinem alicuius alterius stellæ, ut possent præcisum ascendens habere, quoniã obstetrices nesciunt tempus proferre præcisum exitus infantis, & horologia & multa alia instrumenta, quæ inuenta sunt ad temporis mensurationem, fallunt. Ideo sapientissimi conati sunt rectificare tempus datum æstimatiue, & ipsum reducere ad punctuale atq; præcisum tempus, in quo natus est in exitu ab utero matris, & uia duplici processerũt. Prima fuit illa, quæ supponit, quòd locus Lunæ in casu spermatis est ascendens natiuitatis, & locus Lunæ hora natiuitatis est ascendens casus spermatis in matricem. Secunda uia, qua dictum tempus rectificabatur ad præcisum, quod ad tempus æstimatum horæ exitus infantis ab utero matris æquantur planetæ, eleuatur ascendens & domus cæteræ adæquantur., & ad dictum tempus æstimatum considerãt, si luminarium coniunctio immediate præcesserit, uel ipsorum oppositio, & quemcunq; ipsarum immediate præcedentem inueniebant, quærebant Almuten ipsius coniunctionis uel oppositionis, & considerabant locum Almuten prædicti in figura temporis æstimati, & per ipsius propinquitatẽ alicui angulorum principalium figuræ æstimatæ, ponebant illum angulum, cui propior erat in simili gradu prædicti signi, in quo primo erat ad numerum graduum signi, quos peragrauerat Almuten in signo in quo erat. Deinde uidebant quantum tempus diuersificabatur angulus ab angulo prius æstimato, & dictum tempus subtrahebãt à tempore æstimato, uel addebãt secundũ quòd angulus ultro æquatus erat prior uel posterior angulo.

primo modo.
2°.

angulo æstimato,& dicto tempore æquato iterum planetarum situs æquabant. Hanc uiam inuenit ille subtilissimus Ptolemæus in libro quatuor partium,parte 3.cap.2. Hanc uiam recitat Omar in suis natiuitatibus, & Alkabitius ipsam recitat differētia quarta introductorij sui,& etiam extrahitur à Ptolemæo in libro de centum uerbis,uerbo 34.

De primo modo rectificandi genituras per Animodar, cuius duplicem ostendit intellectum.

¶Item in latitudine 47 graduum,dum principium Cancri est in oriente, principium Piscis est in medio cœli. In latitudine itaq; maiori possibile est 4 Cancri esse in oriente, dum 4 Piscis est in medio cœli,quem igitur duorum angulorum assimulabimus ipsi Almuten etiam secundum quantitatem discretam. Item Luna habente latitudinem,an accipienda sit longitudo loci Lunæ ab occidente,aut longitudo gradus cum quo occidit Luna ab ipso occidente, similiter in oriente, & uidetur melius quòd accipiatur gradus cū quo oritur uel occidit. Annotat. Io.de Regiomōte.

HAec enim uia à modernis accipitur sub duplici intellectu. Primus intellectus est,quem uidetur tenere Bonatus de Forliuio, et hūc etiā intellectum multi tenuerunt,& tenent,uidelicet, q; ei ecta figura tempore æstimato considerabant Almuten coniunctionis uel præuentionis, ut dictū est, & uidebant cui angulorum quatuor in figura æstimata erat propior secundum quantitatem continuam & cui angulorum erat propior, illum adæquabant ad instar numeri graduum, quos peragrauerat Almuten in signo quo erat. Gratia exempli: Tempore æstimato fuit ascēdens quintus gradus Capricorni, & angulus medij cœli quartus gradus Tauri, & natiuitas fit cōiunctionalis,& eius Almuten fit Sol in 14 gradu, Et quia 14 gradus Arietis secūdum quantitatem continuam propinquior est quatuor gradibus Tauri, quàm quinq; gradibus Capricorni.Ideo ponebant medium cœli 14 gradibus Tauri ad illorum instar domos cæteras adæquabant,& consimiliter faciebāt de ascendente de septima & quarta , et secundum quantitatem continuam erat propior alicui ipsorum angulorum Almuten prædictus. Secundus intellectus datur à modernis, quem uidetur ad literam insequi Omar de natiuitatibus, & Leopoldus de Austria,et uidetur fuisse de intentione Ptolemæi & Alkabitij. Et est q; facta figura tempore æstimato,et positis planetis in ipsa,& inuento Almuten loci prædicti,& cui angulorum ascendentis uel decimū fuerit propior secundum quantitatem discretam,illum angulum adæquant ad instar numeri graduū,q̄s peragrauerat Almuten in signo in q̄ erat, ita q; iste intellectus cōsiderat propinquitatē Almuten, secūdum q; numerus graduū q̄s pagrauerat Almuten,fuerit magis ppinquus numero graduū ascēdētis,q; numero graduū 10,ita q; primus intellect9 loqtur Geometrice,iste uero Arithmetice,

metice,& cui angulorũ ascendẽtis uel 10 secundum quantitatem discretam fuerit propior, illum angulum ad instar illus adæquant Gratia exempli propositi; Quintus gradus Capricorni erat ascendens æstimatum,& gradus decimi anguli erat quartus Tauri.& Almuten erat Sol in 14 gradibus Arietis. Iste intellectus sic rectificat,numerus gradus Almuten est 14.& iste numerus 14 est propinquior numero 5 quàm numero 4. Ideo adæquabat numerum 5 ad numerum 14. & ponit 14 gradum Capricorni pro ascendente. Et econuerso fecit 5 Si 5 gradus fuisset in medio cœli,& 4 Capricorni fuisset in ascendente,adæquasset 10 ad instar numeri graduum 14.& sic 14 gradum Tauri posuisset in medio cœli, & cum illo adæquasset cæteras domos.& tempus æstimatum rectificasset &c.

Improbatio primi intellectus secundæ uiæ.

Annotat. Io. de Regiomõte. *¶Ibi arguitur cõtra Bonatum. Sequeretur enim quód hora per Animodar sumpta, quandoq; distaret ab hora uera per horam integram & mediam. Sit enim ♄ Almuten loci ☌ uel ☍ in 29 gradu ♎. & sit in rei ueritate ascendens 4 ♑, tunc cœli erit 2 ♏ &c. Sed hoc argumentum etiam est contra alios, qui secundum quantitatem discretam æquant. Item duo nati in una hora, unus quidem in principio, & alter in fine haberent idem ascendens. Nascatur enim unus in casu priori ascendente 4 ♑, & alius in rei ueritate ascendente 29. Item nato quandoq; daretur aliud signũ ascendens, quàm in rei ueritate habuerit. Item ponatur Almuten præcise in medio inter ascendens & medium cœli tempore natiuitatis æstimatæ, iam qua ratione æquabis unum angulum, habebis æquare & alium. Adducit experimentum suum in natiuitate quadam, quæ fuit anno domini 1396, sed rationes illæ uel similes possunt formari cõtra aliam uiam. Item contra Guidonem auctoritatibus Omar dicit: Si Almuten fuerit propinquior ascendenti, uel nadir eius quàm medio cœli &c. Item auctoritate Leopoldi contra secundum modum arguebat Antonius dominus Mantuanus. Deinde commemorat modum Hermetis per tres moras, quarum minima est 258 dierum, media 273, maior 288. Item contra uiã Hermetis sequeretur quód tres nati uno die, unus in mane, alter in meridie, tertius de sero, haberent idẽ signũ. Ponatur enim q; tres cõcepti sint uno die, unus in mane, alter in meridie, et tertius sero &c. et quód natiuitates ita sibi succedãt sicut conceptiones &c. hoc non est admittendũ. ꝓpter diuersas moras. uide bene. Quidã ꝑ natiuitatẽ præcisam credũt se posse habere cõceptionem præcisam, per hunc modum. Sed contra hos facit philosophus 10 de animalibus: Quidam enim intrant undecimum mensem, & quidam septimum, sed maior non extendit se ad 11 menses, neq; minor ad 7 &c. Ptolemæus & alij uoluerunt, quód Almuten ☌ uel præuentionis, est tantæ fortitudinis & potentiæ, quod est regulator & fortissimus significator omniũ quæ fiũt in ipso mense. Vnde Messabala: Quando dominum ☌ uel ☍ immediate præcedentis aliquam quæstionem inueniebat in angulo, maxime cum aliqua dignitate, ipsum accipiebat pro significatore & non alterum, & hoc erat unum eius secretum. Instans natiuitatis est, quando fœtus medius est intus, & medius extra, & tũc accipiendũ est ascendens. Sis cautus quando tempore æstimato principium uel finis signi est in angulo æquando.*

Quantum

Quantum ad primam uiam contra illos qui credunt inuenire præcise gradũ ascendentem per Animodar, ita quòd sit idem gradus præcise, & contra Guidonem Bonatum de Forliuio, qui retinet hunc intellectum, arguitur sic primo, quia statim sequeretur, quòd Astrologus posset decipi à uero ascendente, qui fuit hora natiuitatis per unam horam cum dimidia, & ultra. Et per consequens, non posset habere uera loca planetarũ præcise ad debitum tempus, nec debitum ascendens, & tota figura redderetur falsa. Consequentia probatur sic, ita quod Almuten sit Saturnus loci cõiunctionis uel præuentionis, quæ immediate præcessit, & sit Saturnus in 24 gradu Libræ, & sit in rei ueritate, & sit ascendens 4 gradus Capricorni hora æstimata, tunc medium cœli erit 2 gradus Scorpij, & secundũ quantitatem situs Saturni erit propinquior gradui 10 quàm gradui ascendentis, tunc in medio cœli ponetur 2 gradus Scorpij, & si per decimam domũ æquaueris ascendens, resultabit in ascendente 3 gradus Aquarij, qui reputabitur ascendens uerum & adæquatum, sed inter 4 gradum Capricorni, qui fuit ascendens horæ æstimatæ, & 3 gradum Aquarij, qui est ascendens inuentus est tempus unius horæ & 43 minutorum horæ. Ergo erit nimis sensibilis error intra horam æstimatam & horam præcisam, quod non est credendum, quia si hora fuisset æstimata, post ita uenisset, & quòd relatores sic large errassent ferè per tempus duarum horarum, non est credendum.

Secundo arguitur contra Guidonem & ipsum insequentem sic, tunc sequeretur quòd duo nati in una hora, haberent eundem gradum pro ascendente supposito, quòd unus nascatur in principio horæ, alter in fine, consequẽs est impossibile, ergo &c. Cõsequẽtia probatur sic, stãte casu, posito ꝙ natus sit unus in rei ueritate ascendente gradu Capricorni, alter natus sit ascendente 29 gradu eiusdem. Tunc cum Saturnus Almuten prædicto insit paruo tempore in loco eius minutum non uariauerit & continue est propinquior secundum situm gradui decimæ domus quàm gradui ascendentis, sequitur quòd æquando decimam domum, secũdum dictum Almuten, utriusque nati erit ascendens 3 gradus Aquarij, quod est mere impossibile.

Tertio arguitur cõtra ipsum Guidonem, quia statim sequeretur stante intellectu suo, quòd aliquo casu posito natus posset habere aliud signum pro ascendente, quàm sit signum cuius gradus in rei ueritate debet esse eius ascendens, quod est falsum, ex quo signa successiue oriuntur, & etiam statim sequeretur, ꝙ aliũ dominũ ascẽdẽtis haberet, unde Astrologus non posset de nato ꝓposito iudicare. Sed cõsequẽtia prima probatur sic, sit ita quòd in rei ueritate ascendens nati est 6 gradus Sagitarij, & hora æstimata sit ad tertiam partem horæ post, tunc ascendet Capricornus. Sit etiam ita, quòd Almuten coniunctionis uel præuentionis sit in Capricorno, tunc secundũ intentionem ipsius ponetur Capricornus pro ascendente in simili gradu, in quo fuerit Almuten, & per consequens natus habebat aliud signum pro ascendente quàm habere deberet, quod est impossibile cæteris paribus.

Quarto arguitur contra prædictum intellectum sic, sit hora æstimata erecta figura

cta figura,& ponatur Almuten coniunctionis uel præuentionis &c. in situ figuræ,quod tantum distat secundum quantitatem continuam à decima domo,quantum distat ab ascendente, nec in his duobus angulis in gradibus similē habeat cū numero graduum Almuten,tunc hoc casu posito quatione debet æquare ascendens, relinquetur ergo in dubium quem angulū debeat adæquare. Et ut aliàs nō negat casum, pono ipsum sic,sit ascendens 4 gradus Libræ in latitudine ista,tunc erit 4 gradus Cancri in medio cœli. Volo tunc quòd Almuten sit in 19 gradu Leonis,tunc secundum situm æqualiter distabit à medio cœli & ab ascendente,ergo si tunc pones mediū cœli 19 gradum Cancri,erit in ascendente 15 gradus Libræ. Et si uelles æquare ascendens & non decimum, ponens 19 gradum Libræ in ascendente,& 24 gradus Cancri erit in medio cœli, & sic intellectus Guidonis te in confusionem induceret. Hoc etiam uidi (experientia) in natiuitate magnifici domini,Domini Francisci iunioris de Cararia domini Paduæ &c. ubi habebat in propinquissimo tempore æstimatiuo, & per hūc modū inueniebam errorem unius horæ, & sic in multis natiuitatibus expertus sum,quòd iste intellectus est falsus,licet aliquando ex casu inueniatur ascendens per hunc modum. Etiam hoc anno 1396 die 26 Iulij,de sero post occasum Solis,accepi altitudinem Vulturis cadentis, quæ erat 72 gra. 20 m̄. in exitu infantis filij domini Ludouici de Vbetis de Florētia Consiliarij ac socij domini mei,& fuit in ascendente 26 gra. Aquarij,& in decima domo 13 Sagitarij,& natiuitas erat præuentionalis,& grad. præuentionis 7 gra. Leonis,& Sol erat Almuten eius, qui erat in 13 gra. Leonis,unde propior erat secundum situm gradui septimæ quàm decimæ. Si uero secundum situm adæquassem,figura falsa fuisset,sed adæquando secundum numerum, patet quòd punctualis fuit, unde pro certo in ista figura patuit experientia, quòd illa opinio non erat uera,quæ loquitur de distantia secundum situm. Quinto arguitur auctoritatibus contra ipsum Guidonem, primo auctoritate Omar, qui ad textum eius taliter proferebat. Aspicies ipsum autorem utrum sit propior gradui ascendentis,uel gradui medij cœli & eius nadir, quod si fuerit propior gradui ascendentis & eius nadir, projice gradum ascendentis,id est,dimitte eum, & pone ascendens simile gradui planetæ & eius minutum,Si uero fuerit propior gradui medij cœli & eius nadir, pone gradum medij cœli sicut gradus planetæ & eius minutum. Vnde Omar cū dixit,q̄d si Almuten fuerit propior gradui medij cœli & eius nadir quàm ascendenti,nō potest intelligi, nisi quòd fuerit locutus secundum distantiam discretam,quia secundum quantitatem continuam, non est possibile quòd gradus Almuten sit propinquior gradui medij cœli & eius nadir,quàm ascendenti,si quis bene considerat. Vane saluebatur ab uno,qui in tam sublimi negocio putabat talem uirum fuisse locutum cum uerbo ambiguo. Dicebat equidem iste,quòd Omar intelligebat,& pro uel,cum diceba,propior gradui decimæ & eius nadir,id est, propior decimæ uel eius nadir,& hoc modo sibi fugā dabat à textu Omar. Secundo arguitur auctori-

ctoritate Leopoldi de Austria tractatu septimo, cap. 1 de Animodar, sic dicebat: Vide Almuten loci coniunctionis uel præuentionis immediate, cui angulorum medij cœli uel ascendentis est propior in numero suorum graduum, & cui propior fuerit angulus, ille constituatur &c. Relinquitur ergo quòd intellectus Guidonis Bonati & suorum sequentium stare non potest.

Improbatio secundi intellectus.

SEcũdus intellectus est, qui cõmuniter prædicatur, & dicit fuisse hoc de intentione Omar & Leopoldi locis allegatis, & etia uult hoc extra hũc de intentione Ptolemæi, & dicit, intellectus prior stare non potest ratio nibus supradictis, ergo à sufficienti diuisione relinquetur talis intellectus, uidelicet, quòd distantia Almuten prædicti ab angulo debet considerari secundum distantiam Arithmeticam & non Geometricam. Et adducebat textũ Ptolemæi cap. allegato, qui dicebat, quòd si in gradu coniunctionis uel præuentionis essent duo planetæ æque potentes, quòd secundum illum debet fieri Animodar, qui secundum numerum fuerit propior ascendenti. Si autem duos uel plures planetas inuicem associari inuenerimus, aspiciemus numerũ quem unusquisq; ambulauerit hora natiuitatis, & quicunq; numerus fuerit propior ascendenti, per illum fiet Animodar, & subiungit quòd si numerum graduum duorum uel plurium prope numerũ graduum ascendentis inuenerimus, ponemus numerum graduum illius qui fuerit fortior in angulo. Dicebat ergo iste intellectus, quòd Ptolemæus locutus est secundum numerum continue & non secundum situm. Contra hũc intellectum arguebat mihi magnificus dominus Mantuanus dicens: quòd qui per distantiam Arithmeticam, Almuten ab angulo rectificat dictum ascendens, credens ipsum præcise inueniri, errabat aliquando à uero ascendente per unam horam & ultra, ergo tunc intellectus erit falsus, consequẽtia nota est, assumptum probabat in casu, etiam in rei ueritate, quòd aliquis sit natus ascendente 28 gradu Piscium, & detur hora æstimata post, ita quòd horæ æstimatæ sit ascendens 4 gradus Arietis, tunc in medio cœli erit 29 Capricorni. Sit ergo quòd Almuten in 28 gradu alicuius signi, tunc secũdum istum intellectum ponetur in ascendente 28 gradus Arietis, quia Almuten prædictus secundum eius numerum nimis distat à quatuor q̃ distat à duobus, scilicet inter ascendentem uerum, qui est 28 gradus piscis, et inter ascendentem nunc inuentum, qui est 28 gradus Arietis, & cadit tempus in ascendendo in hac latitudine unius horæ & trium minutorum & ultra, ergo nimis sensibilis erit iste error. Secundo arguebat prædictus nobis contra prædictum intellectum, sit ita, quòd hora æstimata sit ascendens Virgo in 15 gradu, tunc medium cœli erit 5 gradus Geminorum, cum sit in rei ueritate, q; natus fuerit ascẽdẽte 4 gradu Virginis, tunc Almuten secundũ ipsos erit in 4 gradu alicuius signi, tũc sic Almuten ꝓpior erit deci

 mæ do

mæ domui quàm ascendenti, ergo 4 gradus Geminorum erit in medio cœli; tunc ultra 4 Geminorum erit in medio cœli, ergo in ascendente erit nonus gradus uirginis, quæ patent calculanti, tunc sic ascendens præcisum, fuit quartus gradus Virginis, & ascendens inuentum per Animodar, est 9 gradus Virginis, ergo falsè dicit iste intellectus, quòd per eius Animodar possit ascendens præcisum inueniri. Tertio arguitur ratione, qua numerus est quædam mensura consistens in anima, sed per talem mensuram in anima existentem non est causa effectiuæ qualitatis Almuten & ascendentis, ergo talis intellectus solum numerum considerando non debet facere Animodar.

De uia Hermetis secundo rectificandi modo genituras per moram nati in utero.

ALia uia fuit Hermetis & Ptolemæi, & habetur in principio commentorum Centiloquij, & etiã habetur in textu in uerbo. 51. Hæc etiam uia tenetur à Leopoldo, & communiter à sapientibus omnibus, dicunt quòd locus Lunæ in natiuitate fuit ascendens casus spermatis in matricem, & locus Lunæ tempore casus spermatis in matricem est ascendens hora natiuitatis, & dicunt quòd inuenerunt in natiuitate hominum tantam conformitatem Lunæ ad ascendens nati, ita quòd per tot reuolutos orbes Luna uenit ad punctum nominatum. Et assignant isti tres moras natorum in uteris matrũ ipsorum, dicunt quòd minus tempus quo fiet natus in utero, dico incipiendo à casu spermatis, est 258 dies, mora uero media est 273 dies, maior uero est 288 dies. Inter istas uero moras prædicta sunt aliæ moræ, quæ sunt aliquando maiores minori mora, & aliquando maiores media mora, & dicunt quòd cum Luna fuerit in gradu occidentis tempore natiuitatis, fuit mora minor, quia ad tempus casus spermatis usq; ad tempus natiuitatis sunt 258 dies. Et si Luna fuerit in gradu orientis tempore natiuitatis, fuit mora media inter casum spermatis & natiuitatem, & est 273 dies. Si uero fuerit sub terra à terra occidentis, & distet ab occidente minus uno gradu, tunc mora fuit maior, quæ erit 288 dies à casu spermatis usq; ad natiuitatẽ. Et si Luna fuerit in fine domus, si mora fuerit maior q̃ mora minor, & fuit minor quàm media. Et ut breuius supra dicta omnia habeatis, & dimissis uerbis cõsidera in hora natiuitatis quàm præcisius potes locum Lunæ secundum gradum, minutum, & secundum, & erigas figurã præcisam iuxta posse, tunc considera Lunam si fuerit supra terram, recipe gradus æquales, qui sunt inter ipsam & occidentem, & duplica, & duplicatum diuide per 24. & quod exierit, ostẽdet uobis dies, & quod remanserit est hora, tunc dies & horas adde minori moræ, & habebis moram quæsitam. Si uero Luna fuerit sub terra inter Oriens & Occidens, accipe gradus æquales, qui sunt ab oriente usq; ad Lunam, & ipsos duplica, & duplicatum

catum diuide per 24, & numerus quotus erit dies, & quod remanserit, erũt horæ, quos dies & horas adde supra moram mediam, & habebis quæsitum &c Sed si fuerit in gradu orientis, erit mora minor, hoc intellige in gradu & minuta habita, ergo mora quæsita ipsam subtrahe ab hora natiuitatis, & remanet hora casus spermatis, cum qua hora quæras uerum motũ Lunæ secundum gradum, minutum & secundum, & ille gradus, minutum & secundum illius signi, erit ascendẽs hora natiuitatis, & habebis quæsitũ, & uerus locus Lunæ in natiuitate fuit ascendens casus spermatis in matricem. Caue etiam cum quæris uerum locum Lunæ tempore casus spermatis, et etiam tempore natiuitatis, quòd non sit annus bisextilis, quoniam si est annus bisextilis, debes operari ut scis. Hæc uia sub duplici intentione potest ad opus ab aliquo introduci. Prima intentio est, quòd ab aliquibus hæc uia est consueta introduci, ut per ipsam tempore æstimato posset inueniri ascendens uerum et præcisum alicuius natiuitatis. Secunda intentio quòd habito præciso ascendente, sciamus quærere horã casus spermatis in matricem, et ista intentio multum solicitatur ab aliquibus, et dubitant ne uxores eos decipiant ratione filiorum uel filiarum. Contra primam intentionem arguebat mihi magnificus dominus Mantuæ sic: si per istam uiam tempore æstimato posset quæri uerum et præcisum ascendens, sequeretur quòd solum sufficeret considerare signum pro ascendente et non gradum, cõclusio est contra omnes auctores, quia omnia iudicia ipsorum uariarentur secundum situm domorum. Et consequentia probatur sic: Sit ita quòd hora æstimata distet à tempore uero & præciso per medietatem horæ, & sit ascendens tempore præciso 8 gra. Piscium, & Luna sit in primo gradu Virginis, tunc ferè ad unam mediam partem horæ post Luna erit in gradu occidentis ut sic dicam, ergo per horam æstimatam dabitur nato fuisse tempore moræ minoris, sed tempore uero et præciso Luna erit distans ab occidẽte per 7 gradus, quibus duplicatis erunt 14 gradus, qui reputabuntur 14 horæ addẽdæ supra moram. Sed Luna in 14 horis pertransit gradus ultra 6, ergo ascendens inuentũ distabit ab ascendente uero p 6 gra. et per consequens operatio non poterit operari uerum et præcisum ascendens. Secundo arguitur contra dictam intentionem, quòd statim sequeretur, quòd tres nati, unus in mane eiusdem diei, alter in meridie eiusdem, tertius in sero eiusdem, haberent idem signum pro ascendente, consequens est mere impossibile, ergo consequentia probatur sic, supponatur quòd de mane Luna sit in principio alicuius signi, tempore casus spermatis in matricẽ, in meridie eiusdẽ fiat cõceptio, siue alter casus seminis, in sero uero alter. Et uolo quòd sicut casus seminis se habeant in sequela unus ad alterum, ita se habeat natiuitas unius ad natiuitatem alterius, scilicet cum Luna in casibus seminis fuit continue in uno signo, sequitur necessario, quòd idem signum met erit ascẽdens ipsorum trium natorum, in una eadem die, in tanta diuersitate temporis dicta, quod est mere impossibile. Forsan negaretur casus prædictus propter indiuiduantes dispositiones diuersarũ matricũ, & ratione diuersorum

rum aspectuum cœlestium ac locorum, & diuersorum feminum, fortificetur casus saltem quod unus nascatur in mane unius diei, & alter in meridie alterius diei, quod est satis cõtingens, tunc sequeretur propositum. Ad secũdam intẽtionem arguitur sic, auctoritate philosophi 10 de animalibus qui dicit ad textum, quod quidam intrant ad 11 mensem, sed mora maior non se extendit ad illud tempus, ergo. Secundo dixit philosophus ibidẽ & etiam experientia docet, quod nasci potest & uiuere in septimo, sed mora minor non se extendit ad tam paruum tempus, ergo &c. Ex quo infertur contra secundam intentionem, quod tam per horam æstimatam quàm per horam præcisam & ueram natiuitatis, non potest Astrologus certificari de casu feminis in matricem &c. Nec hic adduco rationes contra hanc intentionem, quia solum intendo procedere contra primam intentionem, quæ credit inuenire præcisum ascendens.

Auctoris de rectificationibus opinio.

NVnc restat inquirere, quid in hoc sentiã ueritatis, & ne à Ptolemæo, ac à ueritate uidear deuiare, solum ipsius intentionem ad talem intellectum deduco. Ptolemæus & alij uoluerunt, quod Almuten coniunctionis uel præuentionis immediate præcedentis natiuitatem, est tantæ fortitudinis & potentiæ, quod est regulator, & unus fortissimus signator negociorum, quæ fiunt in eodem mense. Vnde Massahala quando dominũ coniunctionis uel præuentionis immediate præcedentis, in figura alicuius quæstionis propositæ inueniebat in angulo, maxime cum aliqua dignitate, ipsum accipiebat pro significatore, et non alterum, et hoc erat unum eius secretum. Vnde fuit intentio Ptolemæi, quod si præcisum ascendens natiuitatis non potest haberi, quod perquiramus Animodar, quia inueniemus unum gradum pro ascendente, qui erit idem, forsan uel saltem erit unus gradus post gradum ascendentem, qui erit multum conformis partui naturali, qui gradus inuentus similitudinem portat cum numero Almuten, regulatore ratione motus. Hanc intentionem sentiebat Alkabitius differentia quarta de Animodar, cum dixit Et putant multi Astrologorum, quod inueniatur per eum idem gradus ascendens natiuitatis alicuius. Et infra subiũgit: Sed inuenitur per eum dignior omnibus gradibus post gradum ascendentem in eadem hora secundum cursum naturalem, & concordat multotiens, id est, accidit aliquãdo ut inueniatur per eũ gradus idem ascendẽs. Et hæc fuit intẽtio Ptolemæi, & illi qui aliter credũt, cadent in errorẽ argumentorum positorũ. Vnde si posses habere ascendens præcisum cum aliquo bono instrumento, non est melius quàm altitudinem per instrumentum rectum accipere, quando natus exit de utero matris. Hora enim capiendi ascendens nati est, quando natus est in exitu, idest, quãdo medietas ipsius nati est intus, alia uero extra, tũc debet capi altitudo alicuius stellæ præcisa, & tunc

hæc opinio est Rondus de Arinam Alabaci et Juannis & faxima

& tunc habebis ascendens uerum & præcisum. Si uero ascendens uerum & præcisum habere non poteris, habeas tempus æstimatum iuxta propinquissimam æstimationem, & cum fuerit propinquius tāto melius, & cum remotius tanto peius Caueas etiam à principijs & finibus signorum quando ueniunt in ascendente, quoniam hora æstimata potest esse post tempus uerum, et sic ascendit principium signi, ubi tempore præciso ascendebat finis alterius signi, & Almuten ostendet tibi ponere signum ascendens æstimatiue ubi debes ponere signum præcedens, & in hoc casu potes errare, & te debes bene informare de tempore æstimato, & sic econtra de fine signi. Si uero non sic fuerit tempore æstimato erecta precisissima figura, & calculato Sole & Luna statim uidebis si natiuitas est cōiunctionalis uel præuentionalis. Dicitur enim natiuitas coniunctionalis, quando inter natiuitatem & coniunctionem luminarium immediate precedentem non fuerit oppositio ipsorū luminarium. Et natiuitas præuentionalis est illa, quam immediate præcessit oppositio luminarium, tunc si natiuitas est coniunctionalis habeas uerum locum coniunctionis, & ipsius loci quæras Almuten ut dixi supra cap. 1. Sed de loco coniunctionis non est dubium, quia idem est gradus utriusque luminaris, sed secus est de oppositione si immediate præcessit natiuitatem, quia tunc debes habere ueram oppositionem, & consideras gradum præuentionis hoc modo, quia si unum luminare est in oriente, aliud uero in occidente, capias locum luminaris quod tunc fuerit supra terrā, & considera Almuten ipsius loci modo dicto. Cumque habueris Almuten coniunctionis uel præuentionis immediate præcedentis, calculabis ipsam ueraciter, & præcipuè tempore æstimato, & considerabis si fuerit propior secundum numerum actitum gradui ascendenti uel decimæ domui, & cuiusque ipsorum angulorum ascendentis uel decimæ fuerit propior, dictum signum ascendēs hora æstimata, adæqua in tot eius gradibus quot perambulauerat dictum Almuten in signo in quo est, et si dictum Almuten habere dignitatem in dicto angulo, & ipsum aspiceret, adhuc esset melius. Si uero fuerit propior secundum situm ascendenti æstimato, & secundum numerum fuerit propior decimæ domui, adæqua decimam domum ad similitudinem ipsius, uel econuerso: Si fuerit propior secundum numerum gradum eius ascendenti quàm decimæ, tunc debes æquare ascendens æstimatum & gradum inuentum, & adde uel subtrahe ab hora æstimata, & habebis qnæsitum tempus. Et ut scias melius facere, primo tu debes considerare si gradus inuentus præcedit gradum ascendentem æstimatum, uel sequitur, quoniam si gradus inuentus præcedit æstimatum, id est, præcedit secundum motum diurnum, tunc dictum tempus debes subtrahere ab hora æstimata, quia natiuitas fuit ante æstimationē. Sed si sequitur dictum tempus adde quòd natiuitas fuit post æstimationem. Exemplum: Natiuitas cuiusdam nati æstimatiue fuit ascendente decimo gradu Tauri, & gradus inuentus fuit 20 eius, cū uides quòd natiuitas uera fuit post æstimationē, tūc capias ascendens 20 gradus Tauri, & subtrahe ascensiones decimi gradus

coniunctionalis / præuentionalis

Tauri ab ascensionibus 20, & quod remanet diuide per 15. quia numerus quotus erunt horæ. Si uero non posset diuidi per 15, multiplica per 60, & diuide p 15. & erūt minuta horæ. Si aliqd remanserit multiplica per idē, & diuide per quot prius, & erunt secūda, quas hora, minuta, & secunda adde horæ æstimatæ, quia gradus ascendens æstimatus præcedit, & tūc habebis horam uerificatam, cum qua debes certissime omnes planetas calculare. Hic uero restat aliqd dicere de uerbo Ptolemæi, quòd locus Lunæ in natiuitate intelligitur, quādo habetur hora præcisa, & in natiuitatibus hominū quæ accidūt ut in pluribus, quia pro ut iēis Luna in omnibus iudicijs quasi magnam habet affinitatem ex parte ascendentis. Dixi quasi, quando in aliquibus initijs Luna est domina.

Cap. III. De nutritione nati.

Annotat. Io. de Regiomōte. *In hoc 3 cap. De nutritione aspicit ascendens & eius dominum, luminare, cuius est auctoritas et dominos triplicitatis eius. Item dominos triplicitatis ascendētis. Qui si omnes fuerint impediti, præsertim si dominus ascendentis fuerit infortunatus à domino octauæ domus, natus non gustabit cibum. Infortuna in ascendente, impedit nutritionem, præsertim si nullam ibi dignitatem habet, malum tamen huius infortunæ temperabunt stellæ fixæ beneuolæ per coniunctionem aut fortunæ per aspectum. Cauda draconis in ascendente, excæcat natum. Luna infortunata per ☌ uel aspectum si fuerit in quarta domo, infert periculum matri, natus tamen nutrietur.*

Postquam erexeris figuram natiuitatis, & calculatis bene planetis cum suis directionibus & latitudinibus, & situatis in figura erecta præcise ad latitudinem loci, in quo est facta natiuitas. Hæc omnia præcisius facias quātum potes, tunc primo considera gradum ascendentem ac etiam eius dominum, considera etiam locum luminaris cuius fuerit auctoritas ac dominos triplicitatis ascendentis. Et si omnes inueneris infortunatos, cadētes & impeditos à radijs infortunarum, ac ab ipsarum corporibus maxime si dominus ascendentis fuerit infortunatus à domino octauæ domus, significat quòd natus cibum non gustabit, donec moriatur. Et si omnes tales fuerint bene dispositi, maxime ascendens & eius dominus, significat quòd natus nutrietur & bonam nutritionem habebit. Et si in ascendente fuerit infortuna, & nullam dignitatem de quatuor principibus habuerit ibi, & luminare, cuius est auctoritas natiuitatis, fuerit infortunatum, significat quòd natus cito morietur, & non complebit nutritionem. Sed si domi nus ascendentis & domini triplicitatis luminaris cuius fuerit auctoritas, fuerint in angulis uel in succedentibus angulorum, et non fuerint impediti, significat quòd natus nutrietur & perficiet nutritionē eius, tamen habebit unam nutritionem malam cum pœna & infirmitate. Sed si dicta infortuna

quæ

quæ fuerit in ascendente, ibi habuerit aliquam dignitatem, & cum fuerit dignitas maior, tanto melius, tunc totum prædictum malum remittetur. Considera etiam si dicta infortuna, quæ fuerit in ascendente, fuerit corporaliter coniuncta cum aliqua beneuola stella fixa primæ uel secundæ magnitudinis, quoniã totũ prædictũ malum prædictæ infortunæ auferret, & consimiliter dices econtra, si fuerit coniuncta cum aliqua stella fixa infortunata, quoniam significatur intensius malum. Item cõsidera si aliqua fortuna fortis & firma in angulo uel succedenti ex beneuolo aspectu aspiciat locum infortunæ, uel saltem ex quadrato uel opposito cum receptione, significat q̃ aufert totum impedimentum dicti infortunati. Et si in ascendẽte fuerit fortuna, & dominus ascendẽtis in competenti loco, significat quòd natus bonam nutritionem habebit. Et si in ascendente fuerit Cauda draconis, & luminare, cuius fuerit auctoritas impeditum, nec fortuna aliqua per corpus uel radium caudæ iungatur, significat quòd natus cæcabitur. Et si fuerit in eodem gradu, cæcabitur eodem anno. Quando in decima domo uel undecima fuerit aliquis bonus planeta, & ille fuerit in suo Hayz, id est, si fuerit diurnus, sit in dicto loco in natiuitate diurna Et si fuerit nocturnꝰ, sit in dicto loco in natiuitate nocturna. Et si habuerit aliquam dignitatem in ascendente, uel beneuolo aspectu aspiciat, significat quòd natus nutrietur. Si dominus triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas, dico maxime de primo, fuerit in ascendente uel decima non impeditus, & similiter in undecima uel quinta, significat quòd natus nutrietur. Et si Sol fuerit in ascendente, uel p̃ tres gradus ante uel post, & fuerit in signo aereo uel terreo, nec fuerit in ascẽdente corporaliter cum stellis fixis beneuolis, maxime primæ uel secundæ magnitudinis, uel in eodem gradu cum stellis fortunis erraticis, uel aspexerint beneuolo aspectu, uel quocunq; alio aspectu, et cadat receptio, et dicta fortuna fuerit fortis, et pars fortunæ fuerit etiã infortunata, significat quòd natus iste cito morietur, & cibũ nõ gustabit Et quando in eodem termino, cuius est gradus ascendens, fuerint quatuor uel quinq;, uel plures planetæ coniuncti, maxime in termino Mercurij & in signo humano, et fuerint etiã cum stellis fixis primæ uel secundæ magnitudinis, et dominus ascendentis esset in signo humano, significat quòd natꝰ iste cito morietur Et forsan loquetur, et futurũ aliquid prædicet, tamen cito terminabit, et hoc quia est tanta fortitudo agentium in eius complexionem, quòd ad tantam subtilitatẽ et proportionem deducet eius complexionem, quòd anima introducta tanquàm cum instrumento multum modificata à stellarum radijs sic unitis facit eius operationem, sed quia tanta fortitudo agentium sic unitorum non potest suscipi in tali corpore, nec retineri, oportet quòd cito eius humana cõplexio exeat latitudinem, et in pauco tempore natus morietur. Quando dominus ascendentis fuerit combustus, et maxime in octaua domo, uel iungatur domino octauæ, significat quòd natus nõ nutrietur. Quãdo in ascendente fuerit Luna, et illic fuerit infortunata, non significat nutritionem, maxime si fuerit luminare tẽporis. Sed si aspexerit eã beneuolo aspectu fortuna,

Hayz-

maxime cum receptione, significat quòd dictum malum Lunæ remittetur. Et quando Luna fuerit corporaliter iuncta infortunæ uel per quartã uel oppositum, et fuerit in quarta domo, et dicta infortuna non fuerit in dignitate sua, imò fuerit multum infortunata, significat quòd natus nõ nutrietur et periculum erit matri. Hoc intellige si Luna fuerit luminare temporis, & dignificata fuerit in ascendente, quoniã uidi iam duos natos nasci in combustione Lunæ, et uixerunt, tum ascendens et dominus eius ac triplicitatis luminaris competenter fuerũt dispositi. Quãdo duæ infortunæ fuerint cõiunctæ, maxime in octaua domo, significãt paucam uitam nato, nisi dictæ infortunæ cõiunctæ fuerint in Capricorno. Hic loquor de Saturno et Marte, quoniam illic sunt dignitati. Quando domini triplicitatis ascendentis fuerint bene dispositi, testantur pro bona nutritione, sed si dominus triplicitatis ascendentis fuerit impeditus in tertia domo, nisi talis dominus triplicitatis fuerit Luna, quia Luna gaudet in tertia, significat paucam uitam. Dixit Omar cap. 1. suarum natiuitatum: Aspice gradum ascendentem et dominum eius loco luminarium, et dominus dictorum locorum angulos quatuor, et eorum dominos partem fortunæ et eius dominum, et dominũ loci cõiunctionis uel præuentionis quæ immediate præcessit, et tres dominos triplicitatis ascendẽtis, deinde considera Almuten omnium istorum locorum successiue unum uel plures quæ fuerint, & dicti Almuten fuerint cadentes et infortunati, & fuerint in eorum gradibus coniuncti malis, significat quòd natus morietur, et cibũ non gustabit. Et si loca luminarium ac gradus ascendens fuerint multum impediti, nec confortati à beneuolis, significat quòd natus non gustabit cibum.

De genituris monstruosis.

Annotat. Io. de Regiomõte. *In hoc loco de monstruosis dicit. Ex dominis triplicitatis ascendentis tanquam ex radicе scitur de nutritione. Primus habet primam tertiam, secundus secundam &c. Si uideris natum non posse nutriri, ut certior sis, eleua figuram quæstionis de morte uel uita &c. Potest enim significatio quintæ domus patris fuisse adeo fortis, quòd multum immutabit. Hæc secundum Hali.*

Ptolemæus in libro quatuor partium, parte 3. cap. 8. et Omar cap. 1. confirmauit, quòd cum impeditum fuerit luminare, cuius fuerit auctoritas temporis & gradus ascendens, & domini triplicitatum luminarium fuerint cadentes, significat quòd natus non gustabit cibum, donec moriatur, et hoc erit cum peruenerint luminaria ad malum. Et subiũxit Omar, quòd uniuersi antiqui dixerunt, quòd cum recesserint, id est, cadentes fuerint omnes tres domini triplicitatis ascendentis, luminaria sunt cadentia, et domini locorum luminarium similiter, et locus coniunctionis uel præuentionis, quæ immediate præcessit, ac dominus eius fuerint omnes

prædicti

prædicti cadentes, tunc natus non gustabit aliquid, aut non erit homo, & erit monstrum. Ita quòd habebit aliquod signum ultra naturam humanã. Si autem fuerit brutum animal, & in dicta natiuitate mali sunt dominantes, erit ut lupus, & animal q̃d nõ erit associabile hominibus. Si uero prædominantes fuerint & boni & mali, & Mercurius fuerit in aliquo dictorũ locorum, maxime si habuerit aliquam dignitatem ibidem, significat quòd erit de animalibus associabilibus hominibus, quæ ludunt cum eis, hoc totum dixit Omar. Nota, quòd ex dominis tribus triplicitatis tanq̃ ex radice scitur de nutritione nati, & ex dominis triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas scitur tanq̃ ex radice de uictu nati. Ita quòd præsentata natiuitate considerabis tam cito dominos triplicitatis ascendentis, quomodo fuerint dispositi, & dices bonam uel malam nutritionem nato, & hoc in illa parte nutritionis, quæ significabitur per dominum primum triplicitatis, ita quòd in prima tertia temporis nutrionis disponit primus dominus triplicitatis, in secunda disponit secundus, & in tertia tertius, & secundum esse ipsorum ita iudicabis secundum naturam fortunij uel infortunij quod habebit, quia multi nati nutriuntur bene in prima tertia, in secunda male, in tertia bene, et econuerso. ut tota die uidemus &c. Item notandum est pro supradictis, quòd si uideris in figura natum non posse nutriri ut firmius iudices, eleuabis figuram quæstionis de morte uel de uita ipsius, quando in natiuitate pueri potes uidere aliquam significationem uitæ, & puer morietur cito. secundo econuerso, quoniam potest esse ita fortis significatio domus quintæ in figura peius, quod auferret totam significationem natiuitatis filij in bono uel malo, ideo in hoc casu sis solers.

Cap. IIII. De inquirendo Hyleg & Alcocoden nati.

¶In hoc cap. 4. de Hyleg. *In die incipit à* Sole, *qui si fuerit in ascendente, uel per 5 gra. ante &c. Item si in octaua uel nona & Alkabitius addit septimam in signo masculino aptus erit,* Lunam *accipit in angulo uel succedenti cum aspectu semper alicuius habentis dignitatẽ in eo loco & in signo fœminino et quarta fœmin. uel saltem in altero eorum, quod sexum respicit, eligendo partem fortunæ aut locum ☌ uel ☍, considera si sit in angulo uel succedenti, sexum non cura. In nocte quando* Luna *non est apta, accipit* Solem *si sit in angulo uel succedenti in signo masculino & quarta masculina.* Hali: *Si nullo istorum modorum inuenitur* Hyleg, *considera luminare à quo quæritur* Hyleg. *Et si dominus alicuius dignitatis loci prædicti fuerit in gradu, in quo sit dies æqualis illi, in quo est locus luminaris. Nam talis erit* Hyleg, *et prædictus dominus erit* Alcocoden. Item *si aspectus fuerit in grad & minut. bonum est, si non, saltem ex medio orbis sui accedendo iterum acceptabitur.* Luna *in tertia domo cum reliquis conditionibus apta erit.* Hali. *Quando quæritur* Hyleg *à parte fortunæ, non consideratur aspectus, nisi à domino domus uel exaltationis.* Annotat. Io. de Regiomõte.

HYleg est locus in orbe signorum, à quo quæritur accidens
uitæ nati, & per ipsum scitur si uita nati fuerit salubris uel
ægritudinalis. Et per ipsius applicationes & directiones in
locis fortunarum, sciri potest mors, & omne accidens bo-
num uel malum nati Et fuit inter sapientes diuersitas inqui
rendo ipsum Hyleg, sed dimissa omni diuersitate ipsorum
ponam modum magis usitatum & consuetum atq; probatum à maiori
parte sapientum, nec credas aliis modis inueniendi ipsum, qui fuerint ab
hoc modo discordes, nec ponam causam de diuersitate dictarum opinionũ
ut breuius loquar, sed si qs uidere uoluerit ipsam diuersitatẽ, perquirat. Tu
debes scire primo, quòd quinq; sunt loca, à quibus quæritur Hyleg, & sunt,
locus Solis, locus Lunæ, gradus ascendens, pars fortunæ, gradus coniuncti
onis uel oppositionis immediate præcedentis ipsam natiuitatem. Hoc scio
to debes uidere, si natiuitas fuerit de die uel de nocte. Et si fuerit de die, con
sidera locum Solis, & si fuerit in ascendente, uel per quinq; gradus ante, uel
in medio cœli, consimiliter uel in undecima, & aspexerit ipsum locum aliqs
habens aliquam de quatuor dignitatibus, tunc locus Solis erit Hyleg, siue
illud signum fœmininum siue masculinũ sit. Si uero Sol non fuerit in ali
quo dictorum locorum, sed fuerit in octaua uel nona domo (& Alkabitius
addidit in septima) & signum in quo fuerit sit masculinum, & aspexerit ali
quis de dominis dignitatum, tunc locus Solis erit Hyleg. Nota hic, quòd
Aboali & Alkabitius considerant pro dicto respectu dominum faciei, quo
niam si nullus alius aspexerit, & ipse aspexerit dictum locum, tunc locus il
le erit Hyleg. Et Omar incipiebat ab aspectu termini, & ipsum præpone-
bat ad dominum domus & exaltationis, Et hoc quia dominus termini ma
gnam uim habet in ponendo finem rebus, & hoc fecit propter Alcocoden,
qui consideratur per Hyleg, tum dominus termini potest esse in dicto ter-
mino cum casu suo. Ideo non in omni loco præponi debet dominus termi
ni, sed procede ut dixi. Si uero locus Solis non fuerit Hyleg, tunc uideas
locũ Lunæ, & si fuerit in angulo uel in succedenti in signo fœminino, & in
quarta fœminina uel in signo fœminino saltem, & dictum locum aspexe-
rit aliquis dominorum dignitatis prædicti loci, tunc locus Lunæ erit Hy-
leg, hoc dixit Haly, sed Omar non fecit mentionem si Luna fuerit in quar-
ta fœminina, sed dictum Haly est securius. Si uero locus Lunæ non fuerit
Hyleg, considera si dicta natiuitas est coniunctionalis uel præuentionalis.
Et si fuerit coniunctionalis, incipias quærere Hyleg ab ascendente natiuita
tis. Sed nota unum, quòd inquirendo Hyleg ab ascendente à parte fortunæ,
& à loco coniunctionis uel præuentionis non perquiritur, si signum sit ma
sculinum uel fœmininum, sed solum si fuerit in angulo uel succedenti, & a-
liquis quatuor dominorum dignitatum aspexerit dictum locum, unde ui
deas ascendẽs natiuitatis, & si aliquis dominorũ dignitatis dicti loci aspexe
rit, tunc gradus ascendens erit Hyleg. Si uero gradus ascendens non fuerit
Hyleg, tunc uideas locum partis fortunæ, & si fuerit in angulo uel succedẽti

&

& aliquis dominorum dignitatis dicti loci aspexerit, tunc gradus ascendens erit Hyleg. Si uero pars fortunæ non fuerit Hyleg, uideas gradum coniunctionis uel præuentionis, & si fuerit in angulo uel in succedenti, tunc dictus locus erit Hyleg. Sed si natiuitas fuerit præuentionalis et loca lumi narium non fuerint apta Hyleg, incipias perquirere Hyleg à parte fortunæ, deinde ad ascendens, deinde ad locum præuentionis per modum quem im mediare dixi. Si uero natiuitas esset nocturna, tunc uideas locum Lunæ, & si fuerit in angulo uel succedenti, & in signo fœminino ac quarta fœmini na, uel saltem in signo fœminino, & aliquis dominorum dignitatis dicti lo ci aspexerit, tunc locus Lunæ erit Hyleg. Si uero Luna non fuerit Hyleg, tunc uideas locum Solis, & si fuerit in angulo uel succedenti, & in signo mascu lino, & in quarta masculina, uel saltem in signo masculino, & aspexerit ali quis de dictis dominis, tunc erit Hyleg. Cum Sol non fuerit Hyleg, unde si natiuitas est coniunctionalis uel præuentionalis. Si est coniunctionalis, inci pias ab ascendente, deinde ad partes fortunæ, deinde ad locum coniunctio nis, quærendo ipsum simili modo, sicut dictum est, quando natiuitas est di urna. Sed si fuerit præuentionalis natiuitas, incipias à parte fortunæ. Po stea ab ascendente, deinde à loco præuentionis, sicut dictum est. Et nota q nullus locus potest esse Hyleg, nisi dominus alicuius dignitatis dicti loci aspexerit, nisi in casibus infra dicendis. Dixit Haly, quod si nullo istorum modorum potest inueniri Hyleg, considera luminare, à quo quæritur Hy leg. Et si dominus alicuius dignitatis loci prædicti fuerit in gradu in quo fit dies æqualis illi, in quo est locus luminaris, quoniam talis locus erit Hy leg, & prædictus dominus erit Alcocoden. Item si luminare aliquod in lo co aliquo fuerit apto Hyleg, id est, in locis figuræ, in quibus potest esse Hy leg. Et si fuerit in domo uel exaltatione sua, tunc dictus locus erit Hyleg, & luminare erit Alcocoden. Item considera quòd si aspectus dictorum domi norum fuerit de gradu & minuto, bonum erit, sed si eius radios proiecerit in dictum locum ex medio orbe sui luminis, ita quòd accedat ad dictum locum, dictus locus erit Hyleg. Nota etiam quòd Luna in tertia domo ha bens conditiones requisitas de Hyleg, potest esse Hyleg. Item recitat Haly ex auctoritate maiorum partis sapientum, quòd quando quæritur Hyleg à parte fortunæ, non consideratur aspectus, nisi domini domus uel domi ni exaltationis.

De tempore mortis, per directionem Hyleg perquirendo.

CVm uero feceris considerationem de Hyleg, & Alcocoden in aliqua figura natiuitatis potest inueniri, tamen uidisti quòd natus debeat nu triri, non pro tanto scias, quòd natus habebit paucam uitam, & si uo lueris scire tempus suæ mortis, dirige loca Hyleg ad corpora infortunarū, &

& ad ipsarum radios, si de inimico aspectu aspexerint, quoniam tunc erit eius finis, nisi coniunctio uel aspectus fortunæ ad dictum locum prohibuerit, unde cum uideris natum transire annum, tunc debes dirigere ab ascendente natiuitatis ad unũquodq; signũ annũ unum, tunc respice signũ profectionis si impediatur à corporalibus, uel ab aspectibus malorum absq; aspectu fortunæ, tunc natus erit in suo fine. Et similiter facias omni anno quousq; natus perfecerit 12 annos. Si uero natus transierit 12 annos, tunc debes dirigere gradum ascendentem ad corpora, & aspectus malorum, & pro quolibet gradu accipies unum annum, & pro quibuslibet gradibus cum dimidio, unum mensem, & pro quinq; minutis unum diem, & cum peruenerit ad dictum malum, erit eius finis. Modus autem directionis secundum Omar & Dorothium erat isto modo, quoniam subtrahebant ascẽsiones gradus ascendentis in circulo obliquo ab ascensionibus impedientis in dicto circulo, & pro quolibet gradu remanente accipiebant unum annũ & sic proportionabiliter faciebant in mensibus & diebus, & istũ modum approbant ultra omnem alium. Sed modus Ptolemæi de directione est melior et certior, licet sit cum maiori labore, ut infra patebit. Item Omar insequendo dictum modum directionis, aspiciebat quando natus non debeat nutriri, tunc uidebat Almuten, de quo est facta mentio supra, in capitulo de nutritione circa finem, & uidebat quando distabat per coniunctionẽ uel per aspectum dicti impedientis subtrahendo ascensiones modo prædicto, & secundum distantiam ita dicebat natum uiuere. Nam si dictus impediens erat in signo fixo, & in angulo pro quolibet gradu distãtiæ capiebat mensem Et si in signo mobili & in domo cadente, pro quolibet gradu erat dies Sed si dictus impediens fuisset in angulo & in signo communi, minuetur sexta pars dictorum mensium, & in domo cadente minuetur tertia dictorum dierum Et respice fortunas & infortunas respicientes ipsum Almuten, quoniam addunt uel minuunt de dicto tempore secundum aspectum, & posse fortunæ secundum quod dicetur de additione & subtractione temporis à tempore Alcocoden proportionabiliter.

Iterum de Alcocoden & Almuten natiuitatis.

Annotat. Io de Regiomõte.

¶ In hoc loco dicit, Planeta combustus nunquam accipiendus est pro Alcocoden, Luna sub radijs non potest esse Hyleg neq; Alcocoden. Planeta orientalis habens duas dignitates, aptior est eo qui habet tres, & est occidentalis, illud quidem in natiuitate diurna. Similiter de Planeta occidentali dicetur in natiuitate nocturna. Hic etiam docet inuenire Almuten natiuitatis quem ponit cum Alcocoden ad partem.

ALcocoden est dator annorum, & significat tempus quo debet uiuere natus usq; ad finem uitæ suæ, nisi abscisio et interfectio fiat ratione infortunæ ex malo loco, et malo modo irradiantis ipsum Hyleg, &

Alcocoden

Alcocoden accipitur continue à planeta, qui fuerit dominus alicuius dignitatis Hyleg, & dictum locum aspexerit, solus talis erit dator annorum nati, & ipse monstrabit quot annos debet uiuere natus. Si uero plures habentes dignitates in Hyleg, aspexerint ipsum Hyleg, accipies illum inter eos qui plures dignitates habuerit in dicto loco, supposito quòd dictum locum aspiciat. Et si haberent æqualiter dignitates, accipe illum qui secundum numerũ graduum propinquior est ad aspectum, id est, quòd unus distet ab aspectu dicti loci, & si æqualiter haberent dignitates & æqualiter aspicerent, accipias illum qui fuerit fortioris esse & melioris dispositiõis, & qui propinquius & meliori irradiatione dando Hyleg, irradiauerat. Et Omar dicebat ad textum, quòd si aliquis domorum Hyleg habuerit duas auctoritates uel tres, ipse præerit, siue propior fuerit eius aspectus uel longior, tantum ut aspiciat signum, ipse multum large capiebat aspectum. Sed hoc intellige, quòd si aliquis habuerit dignitates quatuor uel quinq;, & irradiauerit per medium sui orbis, maxime si per aspectum accesserit ad locum Hyleg, potius illum elige pro Alcocoden, quàm planetam habentem, supposito quòd propinquius aspiciat. Et quando aliquod luminarium fuerit in loco apto Hyleg, (ut dixi) & fuerit in domo uel exaltatione sua, tunc erit Alcocoden. Item nota, quòd si multi domini dignitatum locum Hyleg aspexerint, potius elige illum, cæteris paribus, qui fuerit orientalis, & habuerit duas dignitates, quàm illum qui non fuerit orientalis & habuerit tres, & ille qui habet tres dignitates fuerit cadens, uel nunciauerit antequam sunt septem dies combustionem. Et ille qui est orientalis aspiciens Hyleg, qui habuerit solum unam dignitatem ut Hyleg, fortior est, quàm qui habuerit solum duas. Hæc in natiuitate diurna, & consimiliter intelliges de occidentali in natiuitate nocturna. Item nota, quòd nunquàm aspicias pro Alcocoden planetam combustum, nec etiã Luna existens sub radijs potest esse Hyleg, nec Alcocoden, etiam si nullus dominus dignitatũ loci, à quo debet fieri Hyleg, aspexerit, sed fuerit in loco faciente diem æqualem cum gradu, in quo Hyleg talis dominus dictæ dignitatis erit Alcocoden. ¶ Inuento quidem Alcocoden debes considerare Almuten natiuitatis, quoniam post Alcocoden potest esse planeta dignus in dando annos nato, ut patebit in capitulo, in quo pertractabitur de annis nati. Et accipitur isto modo, quia tu debes considerare ascendens natiuitatis, loca luminarium, partem fortunæ, & gradum coniunctionis uel præuentionis immediate præcedentis natiuitatem, & quicunq; planeta habuerit in his locis plures dignitates numero, ille erit Almuten natiuitatis, tunc pone ipsum ad partem cum Alcocoden, quãn infra indigebis.

Almuten

Cap. v. De tempore uitæ nati, uarias auctorum sententias recitat.

Annotat. Io. de Regio mōte.

¶In hoc cap. 5. Quando non inuenitur Hyleg, erit uita modica, nam si transiuerit natus annum, dirige ascēdēs natiuitatis accipiendo pro signo annum, & si transiuerit 12 annum, dirige gradus ascendentis, accipiendo pro gradu annum. Item si natus transiuerit annum, uide signum profectionis, quod si fuerit impeditum, erit finis uitæ &c.

REM grauem & miræ profunditatis aggredior, quæ tantā difficultatem includit, quam quis solum ex reuelatione diuina explicare posset, quoniam ex diuersitate sapientum, ut Galenus asserit, difficultas prouenit in rebus. Discordes & diuersi sunt sapientes Astrorum de tempore uitæ natorum, ut patebit inferius, cum per ordinem recitauero opiniones eorum, & ipsas familiari sermone declarabo, & cum ueritate aliquādo pungam ac experientia manifesta. Deinde ponam modum clarum & expertū ut utilitatem reportent in hac materia studere uolentes, nec mihi solum loquar, sed ubi erat difficultas immensa iuxta mei uires intellectus inuadam, & forsan dissoluam, uel saltem alijs regulam dabo ipsos dissoluere & expedire. Quare rogo profectos ut amore tam pulchræ rei perscrutandæ cum suaui dilectione uideant hæc dicta, nec me uelint aliqua præsumptione inculpare, si contra diuinorum sapientum dicta aliquod propalarem, quia non temeritate, sed ut melius ueritas illucescat dubitantibus amicis meis in hac materia proferam, & primo incipiam ab opinione illius subtilissimi ac diuini hominis Ptolemæi.

Opinio Ptolomæi.

OPinio Ptolemæi in libro quatuor partium, parte tertia, uoluit quòd cum uideris natum transire posse annos nutritionis, antequam determines de eius fratribus, diuitijs, de coniuge, de filijs, de itineribus, amicis & inimicis ipsius, primo uidere debes, si natus tanto tempore uiuere debeat, ut hæc posisit omnia adimplere, quia si natus nō uiueret tātum, ut filios posset procreare, derisoriū esset & uanum de filijs eius perquirere, unde debes prius ante detractionem cuiusq; significati domus uidere de tempore uitæ nati, quod dixit posse sciri per locū Hyleg, & eius dominos. Et modus inueniendi Hyleg Ptolemæi, licet fuerit cum euidenti ratione inuentus, communiter à sapientibus non tenetur, cuius causam nunc derelinquo, quia nimis me prolongarē, nec eius modus ad inueniendum Alcocoden nūc obseruatur, licet mihi multum placeat. Vnde habita Hyleg Ptolemæus considerauit, quòd per ipsam scitur tempus uitæ nati, & qua manerie mortis natus mori debeat, & hoc fecit per directionem ipsius Hyleg ad corpora absciſorum. Et considerabat locum Hyleg, utrum erat à parte orientis per 5 gradus supra, quoniam dicti quinq; gradus computantur in ascendē te usq; ad medium cœli, uel foret à medio cœli usq; ad angulum occidētis,

nec mentionem fecit de medietate cœli sub terra, quia in tam præclara re, quæ est uita, dixit quòd nullus locus sub horizonte poterat esse Hyleg, tunc si Hyleg erat in prima quarta supra terram, uidelicet ab ascendente ad medium cœli, dirigebat Hyleg secundum succesionem signorum ad corpora interfectorum, quia tunc locus interfectoris uadit ad ipsum Hyleg. Et si fuerit in reliqua quarta, quæ est à medio cœli usque ad gradum septimæ, dirigebatur ad abscisores contra successionem signorum, quia tunc uadit ipsa Hyleg ad planetam interfectiuum, & tunc talis planeta non interficit, sed diminuit de tempore uitæ nati, ut infra patebit. Vnde cum Hyleg erat in quarta orientali, respiciebat Ptolemæus utrum Saturnus uel Mars erant coniuncti corporaliter ipsi Hyleg, uel per aspectum quartum uel per oppositum. Et dixit quòd forsan aspectus eorum trinus uel sextilis ad locum Hyleg potest interficere. Et hoc dixit quando aliquis ipsorum dictum locum aspiciens aspectu trino uel sextili fuerit de signo obedienti signo in quo est Hyleg, aut fuerit in signo quod adæquatur in fortitudine cum signo Hyleg, & subiungebat quòd non solum ab his locis deductis aspectibus possunt interficere, sed etiam de dictis aspectibus possunt interficere ab alijs locis. Nam si fuerit aspectus alicuius ipsorum de sextili ad Hyleg, & dictus locus in quo fuerit infortuna, fuerit pluriū ascensionum quàm locus Hyleg, & similiter trinus aspectus infortunæ ad ipsam Hyleg, cum fuerit de signo paucioruм ascensionum q̃ locus Hyleg, poterit interficere, & locus signi qui se habet in quarto aspectu ad Hyleg, de natura eius poterit interficere de gradu domus septimæ, non est dubium, quia continue ipse est ultimus interfector, cū natus non mortuus fuerit per loca obuiantia mala. Quare cum sit directio Hyleg cōtra successionem signorum, nullus gradus poterit interficere, nisi solus gradus septimæ domus. Item scias, cum locus Lunæ fuerit Hyleg, & coniungatur Soli aliqua coniunctione maligna in terminis malorum, tūc Sol poterit esse interfector, & aliquando solus locus poterit saluare cum cōiunctione benigna, & in termino fortunæ. Modus autem directionis cum successione signorum & contra successionem signorum, patebit infra cap. proprio. Et quæ sint signa obedientia, & quæ æquantia in fortitudine, & quæ plurium ascensionum, & quæ pauciorum tibi patent in introductorio. Cum uero nō pateret tibi aliquis interfector, uoluit Ptolemæus, q̃ tu debes obseruare reuolutiones annorum nati, & loca infortunantia Hyleg, ac loca Hyleg, & profectiōes & directiōes uniuscuiusque de esse suo, & secundū naturā in fortunijs ita poteris iudicare. Si uero non posses inuenire mortem nati aliquo prædictorū modorū, dirigendus est gradus Hyleg tūc ad gradum septimæ domus, quia breuissime hæc accident, & tunc nato poteris dicere finem, & secundum naturam illius gradus & dominorum eius & planetarum ibi existentium uel aspicientium maneriem mortis nato poteris iudicare, & uidebitur in cap. de morte nati. Et quia multi sunt interfectores, ut patebit inferius ex intentione Ptolemæi, tunc cum aliquis ipsorum mala coniunctione corporali uel aspectu tam secundum longitudinem q̃ secundum

 latitu-

latitudinem cum ipsa Hyleg, nec continuo interficiunt, posito quòd sint uera coniunctione coniuncti, scilicet longitudine & latitudine, nisi dictus interfector fuerit infortunatus, maxime in termino infortunæ. Et si dictus interfector esset combustus, non habet uim interficiendi uel saluandi, unde etiã si dictus interfector est in loco & termino fortunæ, prohibetur interficere. Sed omnibus præsuppositis ad interficiendum adhuc dictus interfector nõ interficiet, si Iupiter uel Venus ex aspectu quarto, trino, uel ex opposito aspiciat Hyleg, locum ita quòd irradiatio ad dictum locum per Iouem non excedit 12 gradus, & aspectus Veneris non excedat 8 gradus à dicto loco. Vnde stante conditione prædicta dictus planeta non poterit interficere, sed mittet nato tempore prædicto periculum alicuius infirmitatis uel seui accidentis, unde debes respicere fortunas respicientes Hyleg, ac infortunas, & uideas qui sunt plures causa iuuandi natum uel nocendi, & qui sunt fortiores & secundum naturam prædominantium iudica. Et sicut dixi, nullus planeta sub radijs poterit saluare uel interficere natum, quia sibi nulla fortitudo inest, nisi gradus Lunæ fuerit Hyleg, & fuerit sub radijs Solis, quia tunc solus locus erit interfector, & mortem nati habebis per directionem Hyleg, ad corpus Solis, & sicut dictum est cum fit directio Hyleg, contra successionem signorum solus gradus septimæ domus est interfector nati, tamẽ planetæ aspicientes dictum locum augent uel diminuunt annos inuentos per directionem ad gradum septimæ. Modus autem additionis uel diminutionis à dicto tempore hoc modo fiebat, nã postquàm direxisti Hyleg ad gradum septimæ, tunc uideas quis planetarum applicat loco Hyleg, & utrum sit fortuna uel infortuna, tunc si esset fortuna & esset in ascendente, tunc addas tot annos supra dictum tempus, quot erunt gradus partium horarum loci, in quo est dictus aspiciens. Si uero dictus aspiciens fuerit infortuna, tũc diminuas à dicto tempore tot annos, quot erant partes horarum loci aspicientis. Si uero dicti aspicientes nõ essent in gradu ascendentis, sed extra prædictum locum, tunc uidendum est per quot horas distat ab ascendente, & in qua proportione se habebunt horæ distantiæ ad 12 horas, in eadem proportione se habebit numerus partium horarum ad partes horarum gradus addentis uel diminuentis, & proportionabiliter addes uel subtrahes. Et si natiuitas fuerit diurna, operaberis cum partibus horarum diurnis. Et si fuerit nocturna, cum partibus horarum nocturnis. Mercurius tum quidem bonis addit, tum malis uero diminuit. Vnde intentio Ptolemæi breuiter est, quòd postquàm natus transire potest annos mutationis, tunc tot annis uiuet, quot anni inueniuntur per modum directionis ipsius Hyleg ad locũ interfectoris, accipiendo pro quolibet gradu directionis annum, computando à principio sui ortus, qui modus directionis loco proprio infra patebit. Sed mirum est de intentione Ptolemæi, quòd postquam fecit mentionem de Alcocoden pro uita nati, non posuit quid de ipso facere debemus. Mirum est etiam de ipsius intentione quòd in nominando aspectum Iouis uel Veneris ad locum Hyleg, pro saluatione uitæ nati, nominauit aspectum

ctum quartum uel oppositionem ipsorum, nec de sextili aliquam fecit mentionem, sed causa potuit esse, quia sextilis aspectus est multū debilis, ut alibi ipse dixit, nec erat tantæ fortitudinis & potentiæ, quòd ualeret auferre infortunium nominatum, cuius tamen oppositum cōtinue per totam Astronomiam à sapientibus practicatur, quòd aspectus oppositus fortunæ non iuuat, imò in iuuando nulla est comparatio ad sextilem. Præterea sextilis aspectus infortunæ ad locum Hyleg, secundum quòd ipse dicit, potentiam habet natum forsan interficiendi ex signo obedienti, ergo iustum esset quòd si sextilis aspectus fortunæ ad locum Hyleg, fuerit de signo obediētiæ à loco Hyleg, haberet saluare. Et forsan Ptolemæus uoluit dictū aspectum sextilem relinquere, tanquam notum, quia si aspectus fortunæ de opposito habet uim saluandi, secundum quod ipse dicit, maiori ratione sextilis aspectus etiam poterit excusari. Mirum fuit etiā de Ptolemæo, quòd nominauit sextilem aspectum infortunæ, de signo paucorum ascensionum ad locum Hyleg, posse interficere. Et trinus aspectus infortunæ plurium ascensionum posse interficere, sed cum sextilis aspectus sit debilior trino, ergo ad hoc ut interficeret, potius debet esse ex signo plurium ascensionum quàm paucorum, quia pluri tempore potest infortunium circa natum imprimere, sed causa ipsius fuit potius ad beneplacitum. Præterea sextilis & trinus aspectus infortunæ nocere non possunt, sicut quartus, & oppositus fortunarum obesse non possunt, sicut tota die experientia practicaui, & est de intentione omnium aliorum sapientum, & ut dicit Galenus in libro de alimentis: Stultum est absq; demonstratione præ alijs uni credere.

Opinio Haly Abenragelis.

Alia fuit opinio Haly Abenragel in parte natiuitatum, quam cū multis opinionibus diuersis & lōga diuersitate & dubietate composuit. Sed dimissis opinionibus ab ipso quæ fuerunt sapientum antiquorum, cuius opera nondum uidi, solum tamen tangam ea quæ ex sua intentione in diuersis locis explicuit. Haly dubitauit fortiter secundum quod apparet in processu eius, utrum per Alcoceden solum posset terminare tempus uitæ nati, uel posset terminare nati tempus per directionem Hyleg ad corpora interfectorum, secundum quòd fuit de intentione Ptolemæi, super hoc posuit in capitulo suo de Athazir, & circa finem, ubi in fine illius capituli multa exempla multarum natiuitatum posuit, quibus mortem terminauit, & maneriem mortis secūdum directionem gradus Hyleg, uel gradus ascendentis, uel gradus Lunæ ad corpora interfectorum, & in capitulo de Alcoceden, & habuerit quinq; conditiones, quòd tunc dabat nato suo annos maiores, & quotienscūq; deficiebat aliqua illarum ipsi Alcoceden, tunc auferebatur quinta pars annorum maiorum ab his annis maioribus, & residuū tenebatur pro tēpore uitæ nati. Et si deficiebant duæ conditiōes,

auferebantur duæ quintæ annorum maiorum, & tenebat residuum, & sic de singulis. Conditiones quinque quas posuit, sunt istæ: Prima dignitas est, quòd sit in angulis uel in succedentibus angulorum, ut ex angulis nobilior est ascendens, deinde medium cœli. Secunda dignitas est, quòd sit in dignitate sua, & ex dignitatibus nobilior est domus, postmodum exaltatio, quoniam istæ duæ sunt saluæ, sed triplicitas & terminos possunt accidere Alcocoden cū casu & de casu. Tertia dignitas est, quòd sit in suo Hayz, quæ melior quàm si sit supra terrā. Quarta dignitas est directio. Quinta est, quòd sit orientalis, quarum quælibet habet suum cōtrarium, & quando Alcocoden fuerit in illo cōtrario, perdit quintam dati sui. Contraria sunt hæc, casus ab angulo, oppositio anguli, peregrinatio, oppositio dignitatis, nō existendo in suo Hayz, & contrarium Hayz, & retrogradatio est contraria directionis, & occidentalis est contraria orientalitatis. Et infra subiunxit ex oppositione multorum, cui ipse dicit adhærere & operari per ipsam, q̄ quando Alcocoden fuerit in ascendente uel in medio cœli, & fuerit in dignitatibus suis, & in eo quod conuenit sibi de masculinitate uel fœmininitate, & de diurnitate uel nocturnitate, & fuerit limpidus à retrogradatiōe uel combustione, uel quando fuerit in domo undecima uel quinta, & alius textus dicebat: Vel quando fuerit in secunda domo uel quinta, sed primus est melior, & habuerit has bonitates prædictas, & unam dignitatem plus ultra si las, tunc Alcocoden dabit nato annos maiores. Et si Alcocoden fuerit in septima domo uel quarta, & habuerit dignitates quas dixit in ascendente uel medio cœli. Cum fuerit in nona domo uel tertia, & habuerit dignitates, quas dixit in undecima & quinta, dat annos suos maiores, & credo quod textus dicere debeat in secūda uel nona. Si uero Alcocoden fuerit in tertia uel octaua, & habuerit dignitates quas dixit de ascendente uel medio cœli, uel fuerit in sexta aut duodecima, & habuerit dignitates quas dixit in nona & quinta, dat annos suos maiores, & credo q̄ textus dicere debeat in secunda domo uel nona. Si uero Alcocoden fuerit in tertia uel octaua, & habuerit dignitates quas dixit de ascendente uel medio cœli, uel fuerit in sexta aut duodecima, & habuerit dignitates quas dixit de undecima & quinta, tunc Alcocoden dat nato annos suos minores. Postea infra subiunxit secretum & cælatum magnum sibi satis, & hoc in sequenti capitulo dicens: Quòd quando Alcocoden fuerit in gradu decimæ, dat annos maiores, & si fuerit in gradu undecimæ, dat annos suos medios. Et quando remouetur ab uno & uadit ad alium, aspice quot gradus æquales sunt ab uno ad aliū. Deinde uide distantiam Alcocoden ab angulo illius distantiæ puræ per gradus æquales & quotta pars est distantia Alcocoden ab angulo illius distantiæ, scilicet anguli ad succedentem, talis pars debet capi de differentia annorum mediorum ad maiores dicti Alcocoden, quam partem subtrahe ab annis maioribus, remanebit quæsitum. Si uero Alcocoden non esset in pūcto undecimæ, sed esset inter undecimam & duodecimam, tunc uideas distantiam Alcocoden à gradu undecimæ, deinde capias differentiā annorū

minorum

minorum ad medios, & quotta pars est distantiæ Alcocoden ab undecima ad totam distantiam quæ est inter undecimam & duodecimam, talem partem capias de dicta differentia annorum reseruata, & dictam partem annorum subtrahe ab annis medijs Alcocoden, & remanebit quæsitum. Ponam supradictorum exemplum eius, sit medium coeli natiuitatis tertius gradus Sagitarij, & Venus Alcocoden in 13 gradu Sagittarij, tunc si Venus esset in 3 gradu Sagittarij, daret annos maiores, tūc remouetur à dicto gradu per 10 gradus, tunc uideas distantiam annorum maiorum ad medios, & anni medij sunt 45. & maiores 82, & differentia est 37. quā partem subtrahe ab annis maioribus, & remanebit tibi quæsitum, & cōsimiliter facies de distantia Alcocoden a gradu decimæ, declinando se uersus duodecimam, & hoc secretum est cælatum Haly. Quidam temerarius pauca continue aduertens sub hoc titulo practicabat. Nam si Alcocoden erat in cadēte, ita quòd non erat in contactu, tunc capiebat distantiam inter cadentem & angulum, deinde uidebat distantiam planetæ à cadente, qua habita considerabat differētiam annorum minorum ad maiores Alcocoden, & in qua proportione se habebat distantia Alcocoden à cadenti, ad totam distātiam partem dictæ differentiæ annorum, quæ se habebat in eadem proportione ad totum accessum, quam partem dando addebat super annos minores Alcocoden, & dicebat habere quæsitum, secundum Haly intentionem. Hæc positio falsa est & contra intentionem Haly, & euidentissime arguo contra ipsam, quia statim sequeretur, quòd planeta Alcocoden, aliquo casu posito, supposita ueritate in alijs plures annos daret in cadenti quàm in angulo, cōsequens est falsum, ergo &c. Assumptum probatur sic, sit gratia exempli, quòd gradus 10 in natiuitate alicuius sit gradus 8 Sagittarij, tunc nona domus erit tertius Scorpij, sit ita, quòd Alcocoden sit in 27 gradu Scorpionis, & talis sit Iupiter, tūc si Iupiter esset in gradu nonæ, daret annos minores, quæ sunt 12, sed quia non erat in dicto gradu, capiam differentiam inter maiores & minores, qui sunt 79. & differētia est 67. & distātia Alcocoden à cadenti est 24 graduum, et distantia ad angulum est 35 graduum, modo proportio 35 graduū translactorum ad 24 est ferè proportio sesquialtera, capiā ergo subsesquialteram ferè ad 67. erūt 44 anni, & 8 menses, adiūgam ergo super annos minores 12 dictam partem, et erunt anni 56, & menses 8 fere, sed ponendo Alcocoden in decima domo, ita quòd ipsa distaret per 18 gradus, non posset dare tantum tempus nato. Ergo &c. consequentia probatur sic, quia tūc Alcocoden remouetur uersus undecimam, capiam ergo differentiam annorum maiorum ad medios Iouis, et anni medij sunt 45. cum dimidio, tunc differentia est 34 anni cum dimidio, & distantia anguli ad succedentem est 24 graduum, tunc 18 gradus ad 24. est proportio quasi sesquitertia. Capiam ergo dicti excessus talem partem, & est 23 anni, qua proportio quæ est 34 annorū, et 6 menses ad 23 annos à 79 annos, qui sunt anni maiores Iouis, remanebūt anni 56. Ergo in hac parte anguli Alcocoden dabit 56 annos, sed in cadenti secundum aduersarium dabit 56. et 8 menses

menses ergo &c. Forsan dicetur, quòd tali casu posito, totum propositum sequeretur, uidelicet quòd planeta dat plus de tempore in aliqua parte cadētis, quàm in aliqua parte anguli, quia sic argumentum de necessitate concludit. Sed cōtra, talis pars anguli decimæ domus est dignior quàm cuspis undecimæ domus, & etiam quàm pars cuiuscunque succedētis cæteris paribus, ergo talis pars anguli erit dignior quacunque parte cadentis, ergo maiori ratione quælibet pars anguli erit dignior quacunque parte cadentis. Iste tanquam proteruus negabat assumptum pro prima parte, quòd quælibet pars undecimæ domus erat dignior quacunque parte cadentis cæteris paribus, nec ualer etiam si diceret, quòd distantia anguli ad succedentem debet capi à gradu cuspidis anguli, usque ad 11 gradus anguli, qui computantur in succedenti, quia etiā pariter capi debet distantia in alijs, nec exemplū Halyhoc specificat. Præterea stante opinione prædicta statim sequeretur, quòd planeta Alcocoden distans à gradu cadente in domo cadenti, daret plures annos nato quàm in cuspide cuiuscunque succedentis, consequens uidetur abominabile inter authores &c. Assumptum probatur sic, ponatur quòd Mars sit Alcocoden. & sit in 12 domo, quæ est domus pessima, & cuspis duodecimæ in hoc Horizonte sit primus gradus Piscium. Si enim esset in eo, daret annos nato 15, qui sunt anni minores eius, sed ponatur quòd sit distans ab ipso gradu per 24 gradus, tunc in ascendente erit gradus 3 Arietis, tunc distantia inter duodecimā, & ascendens est 32 gra. & proportio 32 ad 24 est sesquitertia, & differentia annorum minorum Martis, qui sunt 6 anni, eius maiores sunt 56, unde differentia est 51 anni, eius capiam sesquiterriam, et sunt anni 34, quos addam super minores, & sunt 49, sed si esset in puncto undecimæ, non daret nisi medios, qui sunt 40 anni cum dimidio, Ergo plures annos daret Alcocoden in domo pessima uel in domo cadente, quàm daret in cuspide optimæ succedentis, quod de necessitate ipse habet concedere. Sed ipse posset à me quærere, nonne gradus cuspidis cadentis est debilior quàm gradus cadens ab ipso distans? Hic respondebat quidam alius excellens Doctor, quòd non, & mouebatur tali persuasione, sicut enim cuspides angulorum & succedentium sunt fortiores & digniores omnibus partibus suis, ergo ita est in cadentibus. Hæc responsio falsa est, nec similitudo tenet, quia statim sequeretur quòd planeta propinquus angulo per 11 gradus uersus cadentem debilior esset quàm in cuspide cadentis, consequens est falsum, quia iam planeta ille propter propinquitatem ad angulum ponitur in uirtute anguli ab auctoribus, ergo &c. Vnde non est dubium quòd cum planeta plus remouetur in cadenti, à cadente cuspide minus debilitatur. unde respondeo aliter ad quæsitum affirmatiue, tunc aduersarius posset inferre, sic ergo planeta cum plus remouetur à contactu cadentis minus debilitatur. Verum est ergo sic proportionabiliter, ita proportionabiliter debet addi tempus supra annos minores, per differētiam minorum ad maiores, argumentum negatur. Ad probationem cum dicitur, sicut fit diminutio temporis per distātiam Alcocoden ab angulo, ab annis maioribus uersus

succe-

succedentem, ita proportionabiliter augmentum debet fieri super annos minores per remotionē Alcocoden à cadenti, approximando se uersus angulum, hæc similitudo negatur. Illic enim fit comparatio succedentis ad angulum, ubi est similitudo & conuenientia magna, sed nulla est similitudo inter angulum & cadentem, quia angulus in dignitatibus accidentibus, est summus gradus perfectionis, & cuspis cadens est summus gradus imperfectionis sub bono intellectu. Vnde comparatio anguli ad cadentem, est sicut finiti ad infinitum, ubi nulla est proportio, sed tū diceres, tu non respondes argumento, cum arguitur per remotionem Alcocoden à cuspide cadētis minus debilitatur, ergo maius debet esse tempus Alcocoden ibi, quàm in gradu cadente, negatur argumentū, & causa est, quia non omnis fortificatio Alcocodē addit annos, sed bene ipsos fortificat, & in nato facit ipsos fortiores. Sed hic instat fortis instantia, quia stante responsione prædicta statim sequeretur, quòd planeta nunc dat annos maiores, & immediate post hoc dabit minores annos, consequēs uidetur absurdū ergo &c. & cōsequētia probatur sic, quia non uidetur quòd dignitas summa sit in ea, ponatur sic quòd non transeat de gradu summæ dignitatis per mediū usque ad minimū. Et assumptū probatur sic, ponatur quòd planeta Alcocoden sit supra gradum ascendentem per quinque gradus præcise, ita quòd planeta sit in pūcto sexti gradus, loquendo Mathematice, tunc cum erat in puncto quinti dabat annos maiores, & immediate post hoc dabit annos minores, quia erit in duodecima domo, ergo &c. Et ut meliꝰ loquar, arguā sic naturaliter, nunc non dat annos maiores, & immediate ante hoc dabat annos maiores, quia in tali casu datur primum non esse, ergo &c. Hic est taliter respondēdum negando cōsequentiā primam, & ad probationē ipsius sic dicatur, quòd cum planeta cadat à cuspide (loquendo de cuspide qui est in contactu Horizontis) licet à sapientibus annumerētur in ascendente quinque gradus, nō pro tanto ibi existens planeta est debilis in respectu, & uirtus eius multum sensibiliter diminuitur, ita quòd cum uenit ad uirtutem duodecimæ, purum tantum diminuit tempus eius, quod uenit ad descendendum ad minores eius annos, nec putes quòd illi quinque gradus sunt puri in ascendente, sicut dixi in particula prima, cap. 1. de reuolutionibus annorum mundi, quia licet illi quinque gradus in ascendēte computentur, sunt puræ diuisionis cadentis, sed propter propinquitatem ad angulum non sunt puri maligni. Sed tu diceres, qualiter deberem operari in subtrahendo dictum tempus ab annis maioribus, respondetur, quòd tunc me non assero eius dictis addere uel cōminuere. Tunc stante responsione prædicta de illis quinque gradibus, si Alcocoden esset in illis, statim aduersarius primus inferret, ergo Alcocoden existens in uirtute anguli, dabit pauciores annos, quàm existens in succedenti. Hic reuertetur tenendo responsionem Haly, quòd ipse intelligit de gradu cuspidis, sicut patet in eius textu, & quinque gradus sunt in uirtute ascendentis per modum quem dixi. Sed teneas quòd sunt gradus duodecimæ domus non pure maligni, quia nulla pars domus est expers suæ uirtutis,

nec aliqua pars domus est frustra in proprio significato, & ideo obiectio nulla, unde intentio Haly non fuit comparare omnes angulos ad eius succedentes, nec omnes succedentes ad cadentes, quia de eius intentione fuit magnam differentiam ponere inter angulos & etiam inter cadentes, & etiam inter succedentes ad inuicem, si quis eius dicta bene perpendit. Tu bene uides quantũ hæc opinio Haly est confusa & obscura, & operantes per ipsam multum possent incurrere dubium et errorem, quia se non declarat, unde debemus stare firmi tempori inuento per directionem Hyleg, uel gradus ascendentis, uel Lunæ ad corpora uerorum interfectorum, uel potius standum sit tempori dato per Alcocoden & ei addẽtes, nec se in hoc tam arduo passu declarat Si Alcocoden esset in quarta uel septima domo, cum cõditionibus dictis de ascendente & decima, quot annos daret: uel si esset in undecima uel quinta, cum conditionibus dictis in ascendente, quot annos daret Alcocoden, & sic de alijs. Et si illic essent peregrini, & omni dignitate essentiali priuati, quot annos in angulo cadenti uel succedenti, & recitauit tot opiniones & modos ipsius, modo negando, modo affirmando, quod sana mens non potest ipsos capere, nisi quod forte dubitauit in hoc processu, si quis uiderit eius dicta per ordinem ponderãdo, nec fuit modus suus in eius locis, quia uere hanc scientiam medullitus intellexit ultra alios, & quicquid dixit in hoc passu, licet cum dubio, tamen ultra omnes alios adhuc subtilius & uerius locutus fuit. Præterea mirum est de tanto uiro, quòd in isto passu in duobus locis sibi repugnat: Primo confirmauit, quòd si Alcocodẽ erat retrogradus, habens alias conditiones nominatas, perdebat quintam dati, & in sequenti capitulo dixit, quòd quãdo Alcocoden erat retrogradus, perdebat medium dati. Præterea in eodem capitulo dixit: scito quòd detrimentũ, qđ est oppositũ domus suæ, nihil minuit Alcocoden, tamẽ dat debilitatem & fessitatem, & infirmitates, & in superiori capitulo dixit, quòd auferebat hoc infortunium quintum dati ipsius Alcocoden.

Opinio Aboali.

Alia fuit opinio Aboali in tractatu de natiuitatibus cap. 4. dicens: quòd si Alcocoden fuerit in angulo, & fuerit in aliqua suarum dignitatũ quinque essentialium, ut domo uel exaltatione &c. Et fuerit liber à malis retrogradatione & combustione, tunc dabit annos suos maiores. Si uero cum conditionibus prædictis fuerit in succedenti, dabit annos suos medios. Si autem cum conditionibus supradictis fuerit in cadenti ab angulo, dabit eius annos minores, deinde subiunxit quòd quemadmodum ex dignitate stellarum in quocunque loco fuerit ex circulo, ita minuet annos. Vnde si non fuerit in aliqua dignitatum suarum, & fuerit orientalis, uertet annos suos maiores in medios. Sed si cum conditione prædicta fuerit occidentalis, uertet annos suos medios in minores. Sed si fuerit occidentalis

retro-

retrogradus, ilertet annos suos minores in menses. Iste Aboali sicut palam uidetis multum large & confuse locutus fuit, nec quod dicit, potest tou~m experiētia inueniri, imò manifeste oppositum non faciendo per excellentiā in angulis, quoniam anguli in dando annos non sunt æquales, nec fecit differentiam inter succedentes, quoniam est maxima differentia, nec inter cadentes, ubi quis istam opinionem pure practicauerit, falsam inueniet eam experientia.

Opinio Omar Tyberiadis.

ALia fuit opinio Omar Tyberiadis, & ipsam ponit in duobus locis in libro suo, dicit enim quòd inuēto Almuten per ipsum scitur, quot annos uiuere debet natus, uidelicet respicias ipsum Almuten, qui si fuerit orientalis, & in suo Hayz, & planeta masculinus in die in signo masculino supra terram, & planeta fœmininus de nocte in signo fœminino sub terra, & fuerit in domo & exaltatione, triplicitate & termino, & euenerit quod sit in Hayz & in angulis qui sunt ascendens, & medium cœli, dabit annos suos maiores. Si uero fuerit in dignitate sua orientalis, & in sequentibus angulorū, & maxime in undecima, cū nō fuerit in gradibus anguli & sit liber, significat annos suos medios. Sed si fuerit dispositus, ut dictum est, & fuerit cadens ab angulo, significat annos minores. Si autem acciderit ei cum casu retrogradatio & peregrinatio aut descēsio, significabit iuxta numerū annorum suorum minorum menses uel dies. Et si fuerit in cadenti, ut dictū est, & fuerit combustus atque retrogradus, significabit numerum annorum suorum minorum horas. In alio uero loco dixit, quòd si Alcocoden, qui præest Hyleg, in domo sua uel exaltatiōe, aut triplicitate sua in medio cœli, aut in ascendente uel in undecima, cum fuerit diurnus, uel cum dictis dignitatibus fuerit, in quarto uel quinto de nocte, si fuerit nocturnus, significat annos suos maiores. Et si fuerit peregrinus & occidentalis in his locis, significat annos suos medios. Cum autem fuerit aliquis planetarum altiorū impeditus, & fuerit Alcocoden, significat secundum numerum annorum suorum minorum menses uel dies. Id est, si fuerit peregrinus receptus uel combustus in domo cadenti. Cum autem Alcocoden fuerit extra dignitates suas, id est, domum, exaltationem &c. Et fuerit in angulis uel succedentibus angulorum, siue fuerit peregrinus, siue qualitercunque fuerit esse ipsius puto quòd non sit combustus. & si fuerit in cadentibus ab angulis, significat annos suos minores, & qualicunque modo significauerit Alcocoden hic in cadenti secundum numerū annorum suorum minorum erunt dies uel menses. Sed si fuerit cōbustus, significat iuxta numerum annorum suorum minorum dies uel horas, & multa de addentibus Alcocoden infra posuit, & conditiones alias multas ipsius, quas nunc hic non pono, sed in capitulo proprio dicam de addentibus. Iste sapiens uir cum confusione magna lo-

cutus est. Primo uidet annos dare nato per Almuten natiuitatis, deinde dat annos nato per Alcocoden, nec demonstrat ordinem cui istorum est insistendum pro fine nati Et si uterque æqualis, frustra fuit de unoquoque facere mentionem, unde in isto primo confundit per ipsum practicare uolentem. Secundo uir iste differentiam non fecit in dando annos inter cadentes, ubi est differentia magna, nec facit differentiam inter omnes succedentes, quia fecit octauam & secundam æquales, nec aliquid declarat cum certitudine totum ordinem suum modo faciendo comparationem inter angulos, mo do ipsos fecit æquales, & hoc pro certo fecit, quia cum fortitudine magna et dubio processit in hoc passu, & eius opinio supra posita est ad literam ab eius textu subtracta, & sic de qualibet opinione quã pono, unde unusquisque consideret dictarum opinionum processus, qualiter sunt discordes & confuse procedunt.

Opinio Leopoldi de Austria.

Alia fuit opinio Leopoldi de Austria in de natiuitatibus tractatu septi mo eius operis, & dixit quod si Alcocoden fuerit in angulo, & fuerit fortis, dat annos maiores, in cadentibus dat annos minores, & si fuerit combustus, retrogradus, uel peregrinus, uel in descensione sua loco annorum, significat menses uel dies. Opinio ista est satis breuis, confusa & obscura, nec potest in omnibus casibus practicari, & fuit multũ largo modo locutus, nec eius dicta sunt uera, non ponendo differentiam inter dignitates angulorum cadentes & succedentes, & qui sic superficialiter uoluerit eius dicta practicare errabit, & per manifestam experientiam oppositum adinueniet. Bonatus de Forliuio nihil de suo posuit, nec aliquid declarauit, nec sapientum dicta in ordine posuit in hoc passu, nisi dicta Omar, imò tanquã rudis recessit. Sed in quodam suo loco dedit intelligere, quòd aliquando anni dantur nato per Alcocoden, aliquando per Almuten natiuitatis, aliquãdo per aliquem alium, nec dixit quomodo hoc fiat, unde nullus posset ex sua sententia de annis nati lucide iudicare. Non placet plures sententias sapi entum hic recitare quæ sunt etiam discordes, quia adhuc aliæ inueniuntur, quas gratia breuitatis dimitto.

Vtrum mutari possint anni per Alcocoden dati, uarie disserit.

Hic restat nunc ponere mihi quid ueritatis in hoc sit eligendum, sed du bitatio multiplex in his inest, quoniam quærendum est primo si natus moriatur per directionem Hylegad corpora interfectorum uero

rum, qui ueri appellantur interfectores apud Ptolemæum, & hoc ante tempus inuentum per Alcocoden uel econtra. Gratia exempli, ponatur quòd Alcocoden dederit nato annos 45, et directio Hyleg ante tempus prædictũ ueniat ad corpus uerissimi interfectoris absq; alicuius auxilio fortunato utrum tunc natus sic morietur uel non. Amplius dubitandum est, utrum anni Alcocoden uarientur respectu diuersarum prouinciarum, diuersorumq; locorum. Etiam dubitandum est si anni Alcocoden natorum uariari possent ex influxibus natiuitatum eorum parentum, gratia exempli, quia eius genitor habuerit domum quintam damnatam pro morte cito filiorũ. Præterea quærendum est, si anni Alcocoden possint elongari & augmẽtari per regimen debitum artis medicinæ. Amplius dubitandum esset, si natus ex cœlorum influxibus mori possit ante tempus inuentum per Alcocoden, & ei addẽtes, hoc dico, quia multi moriũtur ex una peste ex causis uniuersalibus dependẽte, qui forsan nõ habent eundem numerum annorum uitæ ex principijs natiuitatis. Postremò dubitare posses, si coniunctiones magnæ, sidera fixa, maxime uel secundæ magnitudinis, ac alia cœlorum principia, uel eclypses & annorum reuolutiones &c. uarient tempus inuentum uitæ nati ex radice natiuitatis.

Ad dubitationem primam Ptolemæus uult, quòd uita nati terminabitur per directionem Hyleg ad corpora abscisorum. Etiam Haly Abenragel in capitulo de Athazir, circa finem ponit in natiuitate cuiusdam mortẽ unius ante annos Alcocoden, & hæc sola directione ad abscisorem. Etiam fuit eius auctoritas in capitulo de significat. octauæ domus circa finem, quòd quando natus transiuerit nutritionem & Hyleg habuerit & Alcocoden, & per directionem gradus ascendentis uenit ad corpora Saturni & Martis, uel ad utriusq; radios, uel ad corpus unius, & radios alterius, absq; aspectu fortunæ, morietur natus in applicatione illa, nec sibi proficiet salus Hyleg, nec salus Alcocoden, quia hoc est quoddam infortunium duplicatum, ergo intentio Haly fuit, quòd per solam directionem natus mori poterit ante annos Alcocoden. Amplius in eodem loco subiungebat inferius, quòd quando in ascendente est Hyleg, & in ea fuerit corpus infortunæ, uel per aspectũ oppositum uel quartũ, licet omnia loca, à quibus quæritur Hyleg, & eorũ domini fuerint boni & salui, & nulla fortuna aspexerit dictum locum, non pro tanto natus euadere non poterit Ergo Haly uoluit, quòd per directionẽ ipsius ascendentis Hyleg, ad corpus infortunæ, uel ad eius oppositum uel quartum, absq; aspectu fortunæ poterit natum interficere, stante quacunq; bona dipositione terminorum dominorum eius, ergo ex intentionibus istorum est, quòd natus ante annos Alcocoden potest mori ex sola directione. Et ratione sic persuadetur disproportionata materia & destructis dispositionibus in ea præexistens, forma non ualet manere in ipsa, nisi in corrumpi. Sed Hyleg se habet tanquàm materia respectu Alcocoden, & Alcocoden tanquàm forma, mediantibus quibus ambobus consistit uita nato, ut dixit Leopoldus, quia nullus ipsorum per se solum poterat dare uitã nato,

ergo si locus Hyleg ueniat ad corpus uerissimi interfectoris, absq; aspectu fortunæ ante annos Alcocoden, tunc natum interficiet, quia effectus pro parte qua dependet ab Hyleg, causa conseruatiua destruetur, & per consequens totalis effectus utriusq; diu non poterit permanere, ex quo sunt inse se adinuicem colligati. Et assumptum pro prima parte patet philosophice consideranti, & pro secūda uoluit Leopoldus, quòd Hyleg esset materia respectu Alcocoden, & consequentia nota est de se. Cuius rei oppositum primò uoluit Omar in libro natiuitatum cap. de Hyleg & Alcocoden in fine dixit, quòd si anni inuenti per directionem fuerint æquales annis datis per Alcocoden uel prope, & nulla fortuna aspexerit locum Hyleg, tunc periclitabitur natus. Si uero non fuerint æquales uel prope, tunc natus non morietur, sed cadet in periculum simile morti. Amplius Ptolemæus in Centiloquio uerbo. 66 dixit: Nō abscidas per directionem solam, nisi completæ fuerint donationes significatorum, ecce quòd natus non morietur per directionem solam ante tempus donatum à significatoribus. Præterea Bonatus de Forliuio insequens Omar dixit, si per directionem Hyleg ad corpora interfectorū peruenerit in anno Alcocoden, uerificabitur mors nati, & dixit quòd morietur natus anno, mense ac die & hora datis per Alcocoden. Si enim directio dicta peruenerit ad corpus infortunæ ante tempus Alcocoden, natus cadet in periculum & non morietur. Præterea Leopoldus de Austria dixit, quòd per Hyleg et ipsius directionem scire debemus, si sanitas nati uel ipsius dispositio erit bona uel mala, sed per Alcocodē scitur tempus uitæ nati, quia stat quòd natus uiuet infirmus longo tempore, & stat quòd natus continuò fuerit sanus, & citò moriatur. Huic enim sententiæ similem inueni in quadam glosa uetusta &c. Inter istos sapientes est manifesta repugnantia sicut patet, nec huius quæsiti ueritas posset apparere, nisi per manifestam experientiam, quæ inquit plurimis ac diuersis natiuitatibus reperiretur, & ego iam experiri incepi, & in ea ætate procedente hoc dubium manifesta experientia ipsum dissoluam. Sed pro nunc in eo quòd, expertus sum, & ratione euidenti commentor, quòd natus mori potest ex sola directione ad corpora syderum malignorum remotū aspectu quocunq; fortunæ & coniunctione fixi syderis benignæ naturæ, ita quòd sit uera directio per ueram applicationem lōgitudine & latitudine, stante infortunio interfectoris in termino mali. Et si consenserit reuolutio anni nati, & profectione, & locis uitæ, & loca à quibus quærebatur Hyleg, fuerint infortunata in figura reuolutionis, & locus Hyleg fuerit infortunatus, & ascendens natiuitatis ac eius dominus fuerint infortunati, maxime in octaua domo, solus Deus auertere posset, quòd natus non morietur ante tempus Alcocoden. Et hoc sic persuadeatur, sicut se habet gradus ascendentis ad dominum eius proportionabiliter, ita se habet Hyleg ad eius dominum, sed si gradus ascendens per corpus infortunæ remoto quocunq; aspectu fortunæ fuerit infortunatus, nō poterit nutritionem complere quin morietur, ita proportionabiliter erit de Hyleg & Alcocoden, q; stante infortunio magno Hyleg,

sibi

sibi salus non ualebit Alcocoden. Secundo simile est de Hyleg respectu Al cocoden,sicut de locis alijs respectu eorum dominorum,sed quando sunt eorum loca nimis infortunata, sequitur effectus infortunij,licet eorum domini sint fortunati,ergo &c.unde credendum est firmiter,quòd aliquando poterit esse ita fortis abscisio reuolutione anni & profectione consentientibus,quòd natus morietur, nec sibi salus ualet Alcocoden,nec credas quòd abscisiones continue occidant,quoniam propter infortunium octauæ, eo quòd fuerint in radice ibi corpora fortunarum, & etiam reuolutio & profectio ac fortunarum aspectus,remittũt & prohibent, ne abscisio tollat uitam nato, licet mittat infirmitates & pericula similia morti secundum naturam infortunæ,& loci in quo fuerit & naturã planetarum aspicientium ipsum,et secundum naturam dominorum eius. Et notandum quòd in rarissimis natiuitatibus accidit,quòd cum fortis abscisio & concordantia iam fortis superueniat pro morte anni,quare sequitur concordantia sapientum,quia in omni natiuitate radicitus uide de eis, utrum aliqua fortis ablcisio insit, & si sic fuerit, certifica te cum ipsa. Si uero non sic fuerit, expectabis annos Alcocoden cum eis addentibus uel minuenibus, & isto modo inuenies ueritatem.

Ad dubium secundum, cum dicebatur,utrum anni Alcocoden uarientur respectu diuersarum prouinciarum & locorum, arguitur primo, quòd non(quia omnes sapientes tã qui loquuntur per abscisiones q̃ q per annos Alcocoden)in quocunq; loco & in quocunq; clymate regulas eorũ de uita natorum ponunt generales &c. Secundo arguitur uno signo nostri sapientes ,ut plurimũ fuerunt de partibus Aegyptijs & Arabicis,& Hispanis,quæ sunt multũ diuersæ à nostris climatibus & prouincijs, tamen practicatæ sunt Astrologi harũ partium per eorũ regulas absolute,ergo signum est,q eorum regulæ ualent in diuersis prouincijs. In oppositum arguitur auctoritate Philosophi in libello de causis longitudinis & breuitatis uitæ,qui dicit,quòd degẽtes in partibus calidis longius uiuunt quàm in frigidis,ergo Astrologorum regulæ non sunt præcise de uita natorum in quacunq; parte terræ. Item philosophus in quàmpluribus locis hoc uoluit,& est de intentione omnium nostrorum sapientum medicinæ. Item Hali Abenragel capitulo de Alcocoden dixit, quòd sapiens considerare debet de qua prouincia,de quo climate sit natus,quia respectu diuersorum climatum, prouinciarum & ciuitatum anni Alcocoden uariantur in natis. Primum si anni Alcocoden nõ uariarentur respectu diuersorum climatum & prouinciarum, multæ ciuitates & loca essent populatæ,quæ sunt destructæ, & omni anno est quasi hominum pestis,ergo non est signum quòd anni Alcocoden referuentur præcise in diuersis climatibus,ciuitatibus & prouincijs,cuius respectu diuersorum locorum & prouinciarum diuersarum uariantur sensibiliter multum actus nobiliores & excellentiores in hominibus,ratione quorũ homo principaliter est inuentus,ergo maiori ratione respectu diuersorum climatum,& diuersarum prouinciarum uariabuntur actus humani subor

dinati

dinati illis,& nimis perfecti quàm illi. Assumptum patet de inclinatione hominum & proprietate ipsorum ad diuersas mores in diuersis climatibus, quia sunt qdã hebetes ad speculandũ & alibi habiles, ergo eadem ratione respectu diuersorũ climatum & prouinciarum uariari deberent dispositiones pro uita breui uel longa ratione diuersitatis prædictæ. Præterea patet experientia, quòd aliqua loca sunt paludosa & lacunosa, in quibus rationabile est, ut gentes non uiuãt æquo gradu cum locis his continuis, ergo stante eadem dispositione cœlesti pro uno nato, qui sit in locis lacunosis, & pro alio in opposito loco, & illic commorantibus pro uita ipsorum non debẽt anni natorum æquales esse. Huic dubio est respondendum in breuitate, ꝙ pro ut alibi manifestum est, indiuidualis hominum complexio uariatur in creatis multis de causis, tum ratione supercœlestium, tum ratione mixtiõis, tum ratione loci nati, & ex multis parentum accidentibus, quæ contingũt diuersis modis, ita quòd sicut ex principijs alijs patet locorum uarietas in natis complexionem eorum uariat cum proportione astrorum influxu quasi semper. Quare ponenda est responsio, quòd uita natorum uariatur respectu diuersorum locorum, patet hoc de probationibus supradictis.

Conclusio secunda, quòd quasi in omnibus natis uita ratione cœlestium nõ uariatur ex diuersitate climatum & natorum, ita quòd diuersitas locorum de per se sit causa, imò diuersitas supercœlestium principaliter. Hanc enim conclusionem forsan naturali puro & medico puro paterent dissoluam sed ipsam declarando, patebit merito eis notum, & clarũ debẽt habere philosophi, quòd omnis appetitus naturalis in animalibus dirigitur & determinatur motu & influxu cœlesti. Et licet anima & naturalium entium formæ appellentur immediati & principales motores, non pro tanto has naturales inclinationes & appetitus non faciunt, nisi tanquàm rememoratis à superioribus causis, his causis proportionatis, unde hominũ in despectu Astrorum nõ uiolentata in diuersis prouincijs ac locis solum determinata fuit sub influxu proportionali effectibus habitabilis loci, unde si locus pro breuitate hominum dictat. Nati enim producentur ad exitum sub influxibus, effectum talem dictantibus, scilicet pro breuitate uitæ natorum, quia omnis motus, omnis sensitiuus appetitus superioribus tẽsis proportionabilibus attestantur. Et dixi, Astrorum nõ uiolentata uirtute, quia per simpliciorem libertatem arbitrij homo posset ordinare, ut creatum producetur in talibus locis dissonis diuersis à propria & naturali inclinatione parentum. Hic casus accidere posset ex propria libertate intellectus, qui casus tamen nunquàm inuentus est in membranis, quòd fuisset practicatus, & modicũ putamen haberet qui ad factum uellet deducere. Et si aliqui relegantur in diuersis prouincijs, aliqui ex inclinatione propria ad diuersa climata, & diuersas prouincias se transmutent. Hoc enim factum est ex influxibus proportionalibus in ipsorum natiuitate, & sic stricte practicando in uita natorum in diuersis prouincijs & locis diuersis quàm climatibus iam in natis præ mortuis reperiri ueritatem. Responsiones deductæ ad oppositum

nullatenus

nullatenus contra hanc intentionem procedunt nisi Haly intentio, quæ est
contraria huic proposito, tamen in hoc passu medullitus non prospexit, &
conclusio mea prima intelligitur in illo casu posito, qui forsan in 3600 mi-
libus annis non accidit Intelligitur etiam sub hoc intellectu, quòd comple
xiones diuersorum locorum s[illegible]nt uariæ respectu aliarum, & ita cœlestes in
fluxus in diuersis prouincijs uariātur in uita natorum, Et si duo nati essent
in eodem tempore, unus in diuerso climate ab alio non est possibile, ut ha
beant eandem figuram & syderum situm simul, si non in eodem tempore
producūtur, sed sub cœlestiū figura proportionabiliter, tūc dicetur quòd æ-
qualiter uiuent, quia casus in rarissimis accideret, quia diuersæ dispositio-
nes materiæ adinueniuntur, ut in eis formæ ducantur sub influxibus diuer
sis proportionabilibus dictis formis dispositis &c.

Ad tertium dubium, cum petebatur utrum anni Alcocoden natorum
uarientur ex diuersa & disproportionata uirtute parentum. Et arguitur pri
mo, quòd sic, primo auctoritate Haly, qui dixit, quòd respicere debemus ꝑ
uita filiorum in natiuitate parentū. qualiter se habuerit domus quinta pa-
rentū, quia multi habent domum quintam damnatam morte filiorum.
secundo eueniet cum natiuitas filiorum dictat ipso longo tempore perdu-
rare. Secundo arguitur auctoritate nostrorum sapientum medicinæ, qa
pater podagricus generat filium podagricum, ac si filius est dependens
à patre, ergo stante in disproportionato semine patris pro breui uita paren-
tum, filius ex eo productus breuem uitam habebit simili ratione. Præterea
experientia patet in multis de una progenie, qui seruant consimilem dispo
sitionem in multis operationibus, ut illorum de Gonzaga secundū uisum.
Et in una progenie uidi Paduæ, de qua dixerunt mihi antiqui multi, quod
de illa progenie quasi omni tempore fuerint aliqui muti, ut sic de alijs mul
tis iam patet experientia, quòd de una progenie uiuunt nati longis tempori
bus, & de alia progenie quasi omnes moriuntur iuuenes, ergo signum
est, quòd influxus parentum uariant, & alterant, & modificant ad eorum si
militudinem naturam filiorum. Etiam arguitur sic, semen derelictum à
patre pro generatione filij, & etiam sanguis menstruus ex parte matris se ha
bent in natiuitate filij respectu causarum cœlestium, tanquàm materia & p-
fectibile respectu perficientis, sed hæc duo semina super cœlestium respectu
filiorum generandorum est possibile esse male disposita & disproportiona
ta, ergo influxus cœlestium pro natiuitate filij generandi uariabuntur, &
disproportionabuntur, ratione materiæ & subiecti diuersificati. Assumptū
notum est, & consequentia tenet, quia propter uarias & distinctas dispositio
nes materiæ agentium effectus uariantur. Interea satis arguitur euidenter
in tātum pc terit unius natiuitas infortunari pro filijs generandis, quòd pro
nullo tempore iste erit filios habiturus, supposito quòd nō sit orbatus mem
bris, nec infirmitate detentus, imò abundet semine & emittat, & obiectum
habeat competens in debita ætate & tempore, talis filios nunquàm procre-
abit Hoc tota die patet experientia in multis, quòd nunquā filios habuerūt

licet multiformiter procurarunt, ergo possibile satis erit, quòd unus pro filijs generandis, natiuitatem habeat damnatam pro eius morte filiorum festina. Assumptum patet experientia, & consequentia nota est, quia intensius & fortius est peccatum ablationis in filijs quàm peccatum diminutionis in uita ipsorum postquàm generati funt, quia illic est totalis indispositio seminis, istic uero diminuta. In oppositum arguitur sic, quia in iudicando de uita natorum esset processus à parte ante, usq; in infinitum, uel usq; ad Adam, quia possibile erit quòd natiuitas unius nati sit magis similis natiuitati Adam, quàm natiuitati sui genitoris. Etiam nullus sapiens posset de annis mortis nati iudicare, quia ignotus esset gradus infortunij patris respectu huius filij uel alterius, quia dispositio feminis uniformis non seruatur pro omni tempore. Præterea arguitur euidenter modificatio & digestio feminum pro tam nobili receptione formæ, principaliter fit ab uirtute informatiua mediante debito instrumento fortissime concurrente uirtute cœlorum. Sed cum uirtus informatiua mediante instrumento substantialiter transmutet materias has duas cœlorum auxiliante uirtute, ergo maiori ratione debent omnem qualitatem sensibilem prohibentem transmutare, quia talis est generatio unius in alterum nullo sensibili remanente, ergo forma introducta est sub dispositione cœlorum bonam uel malam, per quam possimus scire uitam futuram nati longæuam uel breuem, hæc tamen ratio licet debilis & etiam aliæ ad oppositum non possunt tibi demonstrare pro parte sua &c. Ad dubium respondeo quid tenerem, quòd per quamcunq; natiuitatem filij tu iudicare potes per eius influxum uitam breuem uel longam ipsius nati, quia licet femina parentum ad generationem concurrūt. Casus quidem feminis non fit nisi in tempore proportionato natiuitati parentum, quia maior pars motuum creatorum fit, & attestatur fluxibus eorū natiuitati, ita præcise est in alijs creatorum actibus, quæ non fiunt nisi secundum dispositionem cœlorum similem dispositioni radici natiuitatis. Et per consequens, cum exitus infantis producit similitudines & originem per casum feminis in matricē, ergo per exitum infantis iudicare possimus de tempore uitæ ipsius, cum omnia ista sunt coniuncta & annexa cum natiuitate et dispositione parentum pro filijs. Sed hoc merito esset à me quæren dum, ergo duo nati ex eisdem parentibus, duo'q; gemelli deberēt idem tempus habere pro uita ipsorum, cum oppositum patet experientia. Quia si natiuitas filiorū est proportionalis in fluxu parētum pro filijs, & ille est unus, ergo unusquisq; deberet sibi assimilari. Hic satis clare dici potest, quòd argumentum non tenet, quia idem influxus parentum non est pro omnibus filijs, imò sunt multi secundum quòd fuerit numerus filiorum, quia aliter est dispositus influxus patris pro filio uno, & alter est dispositus alter influxus parentum pro filio reliquo, totum hoc patebit in capitulo de quinta domo, ubi Deo dāte clarius loquar & plenius, quàm aliquis prædecessorum. Sed iterum dices, ergo per natiuitatem parentum iudicare possimus pro uita filiorum, certe conceditur, quia sicut per natiuitatem filiorum iudicare

possimus

posimus de uita parentum, ita econtra, quia ista sunt ligata & annexa, sed clarius & manifestius iudicatur per eorum natiuitatem Quæri posset à me præterea, cum possibile satis sit quòd natiuitas patris aliter sit disposita pro filiis, & aliter natiuitas matris, qualiter natus eis pro uita poterit attestari. Etiam quæri potest, quis ipsorum influxuũ parentum est principalior, hæc omnia patebũt in quinta domo Amplius quæreretur, si per omnes natiuitates filiorum æquo gradu iudicare posimus de uita parentum, cum dictæ natiuitates adinuicem sint satis diuersæ, hoc patebit cap. de quarta domo, unde breuitate compulsus, argumentorum solutiones tanquàm multum faciles intellectibus derelinquo.

Ad dubium uero quartũ, cum quærebatur utrũ anni natorũ p Alcocoden, & addentes etiã possunt elõgari per debita regimina sciẽtiæ medicinæ. Et arguitur primo, quòd sic, auctoritatibus & rationibus, & primo arguitur auctoritate Galeni 3 Tegm. qui docet reducere corpora parum lapsa ad corpora melio: um habitudinis, quæ sunt longiorum uitæ. Hanc enim trãsmutationẽ cõplexionis in meliorẽ uoluit Gal. 5. Terapeutice, cap. de cura febris; hoc etiã dixit 6. de regimine sanitatis. Contra hanc enim reductionẽ & permutationem corporum humanorum in pluribus locis uoluit Auicennæ, & ratiõe sic arguitur tibi, & res aliæ medicinales, exercitia, aer, & res aliæ non naturales possunt nato taliter applicari, ut eius complexionem faciant ad oppositum declinare, ergo si talis natus cito mori debeat ex causa calida, dictæ causæ effectus poterit minui & retardari, consequentia nota est & assumptum tota die sentimus experiẽtia. In oppositum arguitur primo auctoritate Auicennæ prima primi capitulo de ætatibus qui dixit, quòd unumquodq; indiuiduorum terminũ præfixum habet, & Auicenna tertia primi capitulo 1. dixit unumquodq; præterea corpus terminum habet in q̃ resistat siccati. Item philosophus secundo de generatione capitulo penultimo sic dixit, uita unuscuiusq; numerum habet & hoc determinate, omnium est ordo, omne tempus et uita mensurantur periodo, sed tamen non eadem omnes, sed hi quidem minori, hi autem maiori his annis &c. Et philosophus quarto de generatione animaliuni dixit, quòd tempora omnium gestacionum ac uitarum mensurari uoluit secundum naturam periodis. Et Auerroes 6 colliget cap. 1. dixit, quòd aliquando ars cõseruatiua corporum humanorum deficit propter materiales præparationes, quæ sunt in eis, hoc dubium prolixe nostri Doctores medicinæ disputant, ideo hic non me prolõgo, nec uolo rationes adducere, sed solum tangam ea, quæ Astrologo pertinere uidentur. Sed primo notandum est, quòd prout in quarto uoluit Ptolemæus, quòd mors nati potest peruenire, aut lege naturæ, aut ui naturæ, sicut quæ fit per ensem &c. de prima enim se habet medicus impedire, de secunda minime. Secundo notandum, quòd cum in medicina notatur, quòd ad præsens duplex est complexio, quædam insequens materiam, quædam insequens formam, quæ sit unaquæq; istarum alibi patet in medicina. Tertio notãdum est amplius, quòd hic nõ intelligitur de morte, quæ

 fieri

fieri potest ex libro arbitrio cõtra ueritatem cœlorum,sicut euenit in sapien te illo,qui malam mortem prædixit domino eius,& sibi bonam. Et quia dictus dominus multum ex hoc nouo contristabatur, nullusq; secum poterat habere bonum. Quadam die consanguineus & amicus domini uocauit Astronomum sapientem,& inquit: Nonne dominus mala morte mori debeat? sapiẽs affirmauit. Iterum interrogauit ipsum,licet ipse sciebat qua morte morieris. Respondit,morte naturali. Tunc talis ex libertate arbitrij eius,accepto ense Astronomum interfecit, & celeri passu iuit ad dominum, dicens: Timere non debes inclite domine, quia de uobis dicere non potest ueritatem Astrologus,quia de se ipso uidere non ualuit,quia dixit se bona & naturali morte finiri, & nunc extitit interfectus:hæc enim ui arbitrij fuit interfectoris, non dictante uirtute cœlorum. Ad quæsitum rationatiue respõdeo,q; beneficio aliq̃ scientiæ medicinæ anni Alcocoden naturũ elongari non possunt,& causa est,quia locus Hyleg cum eius dominus est à qua quæritur uita & eius tempus. Istæ enim dispositiones cœlorum sunt, quæ maxime reponunt indiuiduales complexiones in creatis,& cum sit productio creati intrinsece, fomentantur tam in humido radicali quàm in calore innato, & in eis consistit tãquàm perficiens ad profectibile,& tanquàm lux respectu umbræ. Has enim occultas proprietates Auerroes 6. colliget cap. 1. unde sicut nos Medici dicimus,quòd per complexionem insequentẽ materiam,& ex his principijs non est possibile uita elõgari, cum talis indiuidualis complexio in creatis non poterit transmutari,quia hæc est illa complexio, quæ est maxime cœlesti uirtute donata,ut Mesue uoluit in de consolatione medicinarum, cum dixit, quòd medicina non uacuat,quia calida uel frigida,uel aliquid huius,sed ga cœlesti uirtute dotata. Et Auicenna prima primi de complexionibus,de hac complexione intellexit,quòd unũ quodq; indiuiduum habet complexionem sibi propriam,quam alteri associari est impossibile. Et licet Thomas de la Garbo in eius summa dixit,q; uita, prout dependet ex uirtute Astrorum,potest elongari,quia melius potest disponi materia, & Astra eorum effectus uariantur propter diuersitatẽ materiæ,& ad hoc probandum deducit Haly in commento illius uerbi Ptolemæi in Centilogo; Optimus enim Astrologus &c. Deducit philosophus in secundo de generatione cap. allegato &c. nam pro tanto eius intentio non est sic absolute credenda, quin aliquando complexio indiuidui dependet ex uirtute Astrorum,quæ disponit complexionem insequentem formã, sicut est cõplexio illa,de qua in capitulo de forma nati inferius terminabo, & ista principaliter dependet ex ascendente natiuitatis,& eius domino,ac eius planetis aspicientibus & existentibus cum prædictis, & etiam ex loco Lunæ &c. Hæc talia influant pro complexione indiuiduali ipsius nati,sed principalis est pro complexione insequente formam,& de tali intellexerũt authores. Complexio enim indiuidualis, pro tempore nati,principaliter dependet ex Alcocoden,& talis enim non poterit transmutari,& est in creatis affixa,nec est unicuiq; creato æqualis ut plurimum,quia locus Alcocodẽ

in figura

in figura, & in loco signi,& etiā addentes & diminuentes rarisime in duo bus natis concordāt,unde conclusiue tenendum est in hoc dubio,quòd nul lus natus naturaliter transire potest annos Alcocoden &c. & sic per experi entiam inuenitur. Et licet philosophus dicat quarto de generatione anima lium,quòd periodi Astrorum uariantur ratione diuersitatis dispositionis materiæ,hoc dixit de influxu Astrorum multum generali,quia principaliter diuersitas dispositionis materiæ prouenit ex diuersis cœlorum uirtuti bus,cuius diuersitas patere debet Astronomo optimo,qui ratione huius na to uitam pro tempore declarabit &c. unde habetur ad literam in speculo Alberti Magni cap. 18. quòd per gradum Hyleg & per planetam Alcocoden non iudicatur quantum oporteat uiuere de necessitate,sed ultra q̄ uita eius non protenditur ex natura,abbreuiari enim possunt dies hominis nō augere,hæc ipse dicebat ad textum.

Ad quintum uero dubium,cum petebatur utrum anni Alcocoden ua riantur ratione influxuū coniunctionum magnarum, eclipsium,reuolutionum annorum mundi, stellarum fixarum,inthronisationum &c.Et in isto dubio implicabitur solutio ultimi & penultimi dubij Et arguit primo quòd sic,quia si coniunctiones magnæ annorum, mundi reuolutiones & eclypses, Cometæ &c. non possunt annos natorum breuiare,& de influxu ipsorum natos interficere,statim sequeretur quòd frustra sapientes iudicant per coniunctiones magnas,eclypses &c. de mortalitate hominum,de morte principum, & sic de alijs. Et consequentia probatur sic, quia si uita natorum solum terminatur per influxum radicis natiuitatis,& non aliter, ergo hominum mortalitas & principum interfectio de per se solum proue nit ab influxibus natiuitatis,& non coniunctionum uel eclypsium,uel Cometarum, consequens est falsum, quia experientia patet adueniente ali qua cōiunctione superiorum pestem hominum uel brutorum dictante,statim apparet effectus ipsius,ergo signum est,quòd talis coniunctio de per se potest natos interficere. Secundo arguitur sic, coniunctio superiorum potest esse causa diluuij satis magni,ratione cuius proueniet hominum mors plurima,ergo cōiunctio magna potest natorum annos Alcocoden abbreuiare. Assumptum patet ex intentione Alberti in lib. de coniunctionibus magnis in pluribus locis,& ex intentione Messahala,& Omar in fine natiuitatis,& consequentia probatur sic,quia sit ita,quòd anni natorum tunc quasi pro tota parte,non debeant terminari tempore diluuij prædicti,gra tia exempli, & hoc est unum posibile plus credendum quàm oppositum, tunc si dicti nati morientur,ex diluuio habetur propositum. Si uero nō,tūc effectus cōiunctiōis prædictæ nō poterit interficere diluuiū,q̄d est falsum & contra intentionem authorum,& loquar de diluuio satis magno,sicut fuit diluuiū à coniunctione,unde sumamus dominū orbis magni, & signū orbis magni &c. Tertio arguitur auctoritate Albumasaris in libro de coniunctionibus magnis,ubi in pluribus locis per coniunctiones magnas determinat mortem regis & prophetæ,Et etiam Haly Abenragel in reuolutionibus

lutionibus annorum, ponit mortalitatem hominum, & mortem regis per reuolutionem anni mundi, & per Cometas & eclypses. Hoc idem habetur in experimentis Albumasaris & inde floribus eius, & in reuolutionibus Mesale, et in lib. quatuor partiū à Ptolemæo, & in alijs pluribꝰ locis. Et philosophus uoluit, quòd Cometæ mortem significant principum. In oppositum arguitur primo, quia statim sequeretur, quòd iudicium natiuitatis datum de morte nati, esset multū debile, consequens est falsum. Ergo et consequentia probatur sic, quia reuolutiones annorum mundi, Cometæ, coniūctiones magnæ, ac eclypses, fiunt multum sæpe, & per consequens sæpe deberent natos interficere. Secundo arguitur auctoritate Albumasaris in libro, quem fecit regi magno Sarracenorum. Cū peruenerint infortunæ ad locum conuenientem, non nocebunt si non fuerit eis significatio in radice natiuitatis, & similiter fortunæ non proderunt cum non fuerit eis in radice significatio. modo si fiat respectu alicuius nati coniūctio mala, quæ in radice natiuitatis nihil significauerit: Et similiter dico de effectu Cometæ, cuius significatio non fuerit in radice natiuitatis: & similiter de reuolutione anni mundi, quòd tunc talis influxus nato non poterit obesse uel prodesse. Tertio arguitur auctoritate antiquorum, quos recitat Haly Abenragel in fine tractatus reuolutionum natiuitatum dicentis, quòd si in radice natiuitatis fuerit influxus alicuius fortunę, & reuolutio natiuitatis significaret nato magnam excellentiam, tunc reuolutio modicum, ac modicum bonum poneret, sed pure aliquid augmentaret. Sed si in radice natiuitatis esset nato influxus, maxime fortunæ et excellētiæ, & in reuolutiōe natiuitatis esset influxus maximi infortunij, tunc talis infortunatus influxus modicum nato obesset, sed pure aliqualiter remitteret de bono, unde qua ratione fortes influxus reuolutionis natiuitatis nullatenus ualet tollere influxum radicis eius, eadem ratione & maiori non poterit reuolutio anni mundi, eclypsis &c. His dictis superius iuxta posse conabor dare lucem, & primo scire debes, ꝙ motus & Astrorum influxus sunt cum magno regularitate ordinati, & licet notabiles immediate contrarientur influxibus aliquorum effectuum, non pro tanto ipsi sunt alijs præcedentibus uel futuris attestabiles & conformes, unde sicut reuolutio natiuitatis radicis significatum auferre nō potest, licet aliqualiter alteret infra metas maiori ratione, reuolutio mundi, ac Cometæ & eclypses. Et si mors regis uel domini per nostros authores & eclypsibus & Cometis fuerit significata, hoc dixerunt prout fuerit de significatione ipsorum adiuuando & alterando cum influxu radicis natiuitatis, si illud consenserit, unde reuolutiones mundi & eclypses secundum quòd huius posse tantum non habent, ut natum ualeant interficere non consentiente radice, licet alterent & adiuuant, nisi ex se illud prædictum significant secundum quòd retulerunt authores & bene. Coniunctiones quidē magnæ in causa hic ponunt, & natos occidūt, prout eis natiuitatum radices aliqualiter similes fuerint & conformes, & nullo modo aliter. Et iam tota die per experientiam adinueni tam in reuolutione mundi, quàm in figura eclypsis quòd

ꝙ significator unius nati fuit pessime dispositus, & nullatenus nato infortuniũ aliq̃d euenit ratiõe prædicta nõ cõsentiẽte radice, & pluries hoc notaui.

Auctoris de annis Alcocoden sententia.

QVia non sufficit aliorũ sententias impugnasse, & recitasse opiniões diuersas, ideo quid in hoc sentio, ponam. Electo uero Alcocoden, & si fuerit directus, nec fuerit in signo contrario suæ domui, uel suarũ domorum, nec etiam fuit in signo contrario suæ exaltationi, & fuerit in suo Hayz, & fuerit saluus combustione, & fuerit in gradu cuspidis ascendentis, uel in gradu cuspidis decimæ domus, tunc talis Alcocoden dat suos annos maiores nato. Sed si Alcocoden eodem modo dispositus (ut dictum est) fuerit in gradu undecimæ domus, uel in gradu quintæ domus, uel in gradu quartæ domus, uel septimæ domus, uel in gradu secundæ domus, uel fuerit in gradu finis coniunctione uersus decimam, uel consimili modo in gradu tertiæ domus, & fuerit bene dispositus in domo uel exaltatione sua, & in domo tertia cum una dignitate plus, tunc talis Alcocoden dabit nato annos medios. Sed si Alcocoden fuerit in gradu sextæ domus, uel in gradu duodecimæ domus, cum conditione prædicta, tunc dabit nato annos eius minores. Et similiter si Alcocoden fuerit in octaua domo cum dispositione prædicta, dabit eius annos minores, quia licet hæc domus sit succedẽs, tamẽ quia est domus contraria uitæ nostræ, ideo non meretur plus dare de tempore. Si uero Alcocoden non fuerit in gradu cuspidis decimæ domus, uel in gradu ascendentis, & nunc uolo loqui solum de istis duabus domibus, sed si fuerit infra cuspidem alicuius prædictarum domorũ, sit gratia exempli, ꝙ fuerit in 10. tunc uide distantiam graduũ, quæ est inter cuspidẽ 10 et cuspide 11. quã serua, deinde habeas distantiã ipsius Alcocoden à decima, quã serua. Postea uide differẽtiã, quæ est inter annos maiores ipsius Alcocoden, & annos medios eiusdem, tunc quota pars fuerit distantia Alcocoden à decima, de tota distantia quæ est decima ad undecimam, talem partem capias de differentia dictorum annorum, quam partem annorum subtrahe ab annis maioribus, & habebis datum Alcocoden, quia in eadem proportione se habet distantia Alcocoden à decima, ad totam distantiam in qua proportione se habebit dicta pars dierum annorum ad totam differentiam. Et consimiliter facies si Alcocoden fuerit inter gradum ascendentem & gradũ secundæ domus, uel sic reducas totam differentiam annorum ad menses multiplicando per 12, quam diuide per totam distantiam, quæ est à decima ad undecimam, uel ab ascendente ad secundam, & numerus quotus erunt menses, qui incumbunt uni gradui distantiæ, quem numerum quocientem multiplica per numerum graduũ distantiæ Alcocoden ab angulo, & erunt menses, qui correspondent toti distantiæ Alcocoden ab angulo, quos menses reducas ad annos, & ipsos subtrahes ab annis maioribus Alcocoden

frangendo

frangendo etiam annos, si in distantia remanserint aliqui menses ultra an nos & habebis quæsitum &c. Sed si Alcocoden non esset in gradu decimæ uel in gradu ascendentis, sed fuerit ante gradum cuspidis per quatuor uel quinq; gradus, qui secundum authores uidentur in cuspide computari, sit gratia exempli ante cuspidem ascendentis, tunc habeas differentiam inter annos minores ipsius Alcocoden, & annos maiores, de qua differentia faci as quinq; partes, & si Alcocoden distauerit à cuspide per 2 gradus, tunc subtrahe duas quintas dictæ differentiæ ab annis maioribus: si per tres gra dus tres quintas &c. tūc illud quod post subtractionem remāserit, erit quæ situm. Sed cum Alcocoden esset ante decimam eodem modo sicut dixi in ascendente, & Alcocoden esset in nona domo cum dignitatibus, cum qui bus posset dare annos medios, tunc uide differentiam annorum maiorum ad medios, facias eodem modo quinq; partes de dicta differentia, & subtra hes ab annis ipsis maioribus, & habebis quæsitum. Sed si Alcocoden nō da ret annos medios ibi, sed minores, facias sicut dictum est de ascendente. Cū Alcocoden non fuerit in gradu undecimæ, sed fuerit inter undecimam & duodecimam, tunc capias differentiam annorum mediorum ad minores, de qua capias talem partem qualis est distantia Alcocoden ab undecima, ad totā distātiam quæ est ab undecima ad duodecimā, sicut dictū est supra, quam differentiam subtrahe ab annis medijs ipsius Alcocoden, & habebis quæsitum. Hic insurgit instantia, tu dicis quod dispositor annorum in no na, cum conditionibus requisitis supra, dat annos medios in fine quinti gradus, qui cōputantur in undecima domo, eo q illi quinq; gradus sunt nobiliores, maiori ratione ipsos deberēt dare cum est in cuspide nonæ, quia non pro alio domus nona significatur supra cadentes, nisi per aspectum trinum, quē recipit ab ascendente. Sed cum gradus cuspidis nonæ respiciat ex trino cuspidem primam, sequitur quod dictum est, uidelicet quod cuspis plus deberet dare q gradus finis prædicti quinti gradus. Hinc dicitur, q licet cuspis nonæ, fortificetur per aspectum cuspidis primæ non pro tanto est dignior, quàm gradus qui est propinquus decimæ domui, quia ille for tificatur per approximationem ad angulum decimæ, & etiam per aspectū, quia iam pars illa data pure respicitur ab aliqua parte primæ domus. Si Alcocoden non esset in cuspide quintæ, nec in cuspide quartæ, non est cura, quia quarta usq; ad quintam dator annorum seruat continue datum. Cum Alcocoden non esset in gradu septimæ, sed supra gradus eius, tunc capies ta lem differentiam annorum, qualis est distantia Alcocoden ab angulo ad to tam distantiam quæ est à septima ad octauam, sicut dictum est pluries. Sed si esset ante septimam per quinq; gradus, ut dictum est faciendo de differen tia annorum mediorum ad minores quinq; partes, quas operare, ut dictū est de prima domo respectu duodecimæ, nec est differentia, nisi quia hic ope ratur cum differentia annorum minorum ad medios, & illic annorum mi norum ad maiores. Quando Alcocoden est in octaua, sed non in cuspide ipsius, tunc in qua proportione se habebit distantia à loco cuspidis octauæ

ad totam

ad totam distãtiam octauæ ad nonam, talem proportionem habebit pars differentiæ annorũ minorũ ad annos quos daret in nona, cum esset in cuspide ad totam differentiam, quam partem addas supra annos minores ipsius, & habebis quæsitum. Si uero Alcocoden esset in secunda domo usq; ad tertiam, uel à tertia usq; ad quartam, cum una dignitate plus, tunc seruat annos medios per totum. Hic insurgit instantia contra determinata in quodam capitulo supra, quia sequitur quòd domus tertia secundum maiorem eius partem est nobilior quàm undecima, quia si Alcocoden esset in undecima distans à cuspide, dabit nato annos pauciores medijs, sed in tertia ac in secunda, per totum dat annos medios, sequitur itaq; quod dictum est. Secundo dubitaret aliquis, quòd si Alcocoden est inter septimam & octauam, dabit al quando tot annos, quot dabit ipso existente inter nonam & octauam. Si quis uoluerit aliquo casu posito considerare, quod uidetur extraneum, sequitur etiã q̃ Alcocoden daret plures annos in aliqua parte nonæ domus uel tertiæ, quàm in certa parte septimæ domus data, quod uidetur extraneum, cum illæ sint cadentes & septima sit angulus. Hic responderi posset concedendo totum, nec est talis materia inconueniens, quòd aliqua cadẽs sit potior, quàm aliqua pars anguli, quia domus septima ponitur inter loca priuantia uitam, & quarta priuatur gradu lucis tantæ respectu decimæ. Et ad primum etiam diceretur, quòd undecima ratione propinquitatis ad duodecimam, & etiã quinta domus respectu sextæ, quæ sunt malæ domus, sed cum supra reputabam pro maximo inconuenienti in declaratione rationis Haly Abenragel, hoc procedebat contra illum, qui prædictam regulam in omnibus angulis & cadentibus per differentiã annorum minorum ad maiores, falsissime practicabat. Alcocoden uero per totam duodecimã & per totam sextã usq; ad illos quinq; gradus seruat minores annos, & nona domus seruat uniformitatem in significando. Si quis diceret, contra, gradus sextæ & gradus duodecimæ, sunt debiliores & magis infortunati quàm gradus earũdem domorum magis distantes ab eis, cum ipsæ cuspides cadentes sunt in postremo casu octauæ. Videtur ergo quòd pauciores annos deberet dare Alcocoden, cum est in cuspide aliqua cadẽtium prædictarum, quàm quando fuerit in gradibus magis distantibus. Hic respondetur, quòd licet ipsi gradus cuspidum cadentium, sunt magis infortunati quàm gradus distantes ab eis, non pro tanto gradus distantes ab eis sunt tanti infortunij, quòd non possunt attingere ad tantum gradum nobilitatis, ut ualeant aliquid addere, quia tota illa distantia est plena multi infortunij, & illud minus infortunium unius partis respectu alterius, nihil addit, licet possit magis annos firmos tenere in subiecto. Secundo dubitaretur, quia sicut gradus illi quinq; qui sunt ante angulum, computantur in angulo, ita se debent habere alij quinq; gradus aliarum domorum, quia quinq; gradus ante duodecimam, computantur in undecima. Ergo Alcocoden existens in parte illa duodecimæ domus, pauciores annos deberet dare, quàm in alijs præcedentibus non seruando proportionẽ. Dicendũ est

 quòd

quòd in domibus in quibus non seruatur uniformitas dati, fieri debet proportio in illis quinque gradibus secundum tempora data in domibus prædictis. & hoc secundum modum dictum de illis quinque gradibus respectu angulorum principalissimorum.

De addentibus & minuentibus annos datos per Alcocoden.

Habitis itaque annis quos de pro se donat nato Alcocoden, tunc respiceas planetas, qui sunt coniuncti corporaliter, uel per aspectum ipsi Alcocoden, & uide naturam dicti planetæ, utrum sit bonus uel malus. Et considera in quo signo, & in quo termino, & in qua domo figuræ sit. Nam si dictus aspectus uel planeta, qui coniungitur sibi, fuerit saluus à combustione, retrogradatione, in termino fortunæ, & in bona domo, & talis aspectus fuerit de trino uel sextili, & iste planeta fuerit Iupiter uel Venus, tunc addit nato tot annos, quot sunt anni minores ipsius planetæ: & consimiliter facit Sol & Luna per aspectum trinum uel sextilem. Sed si Iupiter uel Venus aspiciant Alcocoden ex aspectu inimico, non addunt neque minuunt, nisi inter ea cadat receptio. Sed si Iupiter uel Venus fuerint male dispositi, & aliquis ipsorum aspexerit Alcocoden aspectu beneuolo, uel sibi coniungatur, tunc addit tot menses, quot sunt ipsius anni minores: & si fuerint multum infortunati, loco mensium addunt dies uel horas. Dixit Aboali, quòd quando Alcocoden fuerit cum capite draconis ante uel retro per 12 gradus, addit quartam partem annorum, quos dedit Alcocoden, & quanto magis appropinquat sibi tanto melius. Oppositum est de Cauda. Dixit Albumasar, cum infortunæ recipiunt significatorem addunt, & non minuunt. Hoc credo maxime si receptio fiat cum aspectu beneuolo. Aboali dixit, quòd fortunæ addunt ex quarto & opposito. Si uero non interuenerit receptio, non est uerum. Dixit Haly Abenragel, quòd Caput & Cauda non addunt nec minuunt, quod credo et uerum dixit. Infortunæ cum de trino uel sextili aspiciunt Alcocoden, nõ addunt nec minuũt, nisi ex trino uel sextili aliquis ipsorum recipiat Alcocoden. Luna & Sol, ut dictum est, ex aspectu trino uel sextili bene dispositi, addunt eorum annos minores: Sed si fuerint male dispositi loco annorum minorum addũt menses uel dies, quia cum addens fuerit peregrinus in termino mali, loco annorum addit menses, & aliquando addit dies cũ plus fuerit infortunatus. Sol uel Luna si fuerit aspiciens Alcocoden aspectu beneuolo, licet fuerit Hyleg, addit sicut dictum est, licet minor tenuerit oppositum. Mercurius cum addentibus addit, & cum minuentibus minuit, quia conuertibilis est naturæ, addit enim secundum dispositionem sui fortunij, sicut dictum est de alijs. Postquam sciueris additionem annorum, dignum est ut sciatur modus per quem anni Alcocoden minuuntur. Cum enim Alcocoden fuerit sub radijs Solis, ita quòd sit combustus, perdit omnes

omnes annos eius, nisi receperit Solem, quia tunc Sol erit dator annorum, & licet aliqui autores dixerunt, quòd si fuerit in corde Solis, tunc perfecte donat, non est uerum nisi forsan Sol ipsum recipiat, quia Sol priuat omnem lucem sub se, ex qua maxime uita consistit. Retrogradatio quidem Alcocoden ac detrimentum eius & descensio, expertus sum in Natiuitatibus pluribus, quòd aliqua prædictarum dispositionum non minuit, nisi quintam partem annorum dati Alcocoden. Occidentalitas etiam minuit quintam partem dati, & licet dictus Alcocoden non fuerit in domo uel exaltatione sua, & fuerit directus saluus à cõbustione, & orientalis, & fuerit in alio signo, non minuit pro tanto quintam partem, prout uoluit Haly Abenragel, imò seruat datum. Cum Saturnus uel Mars corpore, uel per aspectum oppositum, uel quartum coniunctus fuerit Alcocoden, & etiam Sol corporaliter, uel per aspectum quartum uel oppositum, & Luna per quartum uel oppositum, ita quòd nulla receptio interueniat, unusquisque minuit tot annos ab annis ipsius Alcocoden, quot sunt anni minores ipsius. Mercurius minuit secundum quòd dictum est. Retrogradatio quidem cum plus appinquat suæ directiõi minus tollit. Debet eñi fieri proportio in illa quinta parte per quinque gradus propinquitatis directioni, & sic recedendo, & ab illis quinque gradibus infra seruat diminutionis quintæ partis. Dixit Ptolemæus, quòd Saturnus & Mars aspiciens Alcocoden, per aspectum trinũ ex signo breuium ascensionum, aut ex sextili ex signo longarum ascensionum minuit, quod non credo nisi modo supra dicto.

Cap. VI. De abscisoribus seu interfectoribus.

POstquam scieueris tempus nati, & uolueris scire fortunia uel infortunia, quæ debẽt accidere ipsi nato in tẽpore uitæ suæ, dignum est ut cognoscas à quibus locis proueniant supra dicta, quia notis locis infortuniorum subito patebit modus, per quem sciemus bonum aliquod nato euenturum tempore aliquo. Ideo ponam planetas, & loca à quibus ueniunt infortunia, qui à nostris sapientibus abscisores & interfectores nuncupantur, qui ab eis multi & diuersimode scribuntur. Ideo eligam ipsos, & per ordinẽ declarabo: Et sunt Saturnus, Mars corporaliter, ac eorũ aspectus oppositi & quadrati, tam ante quàm retro offendunt, & interficere possunt. Cum significator nati peruenerit ad loca prædicta, corpus Solis & oppositus eius aspectus, & quartus aspectus eius. Corpus Lunæ cũ fuerit in ascendente, abscindet ascẽdens eius oppositus, & quartus abscindunt. Sed si prædicti planetæ fuerint ipsimet significatores, nõ abscindunt, nec eorum aspectus, quos nota & menti teneas. Corda signorum ac Caput & Cauda draconis sunt abscisores Caput enim abscindit propter nimiam eius stricturã. Gradus sextæ domus, ac etiã duodecimæ, gradus septimæ, gradus octauæ,

 dominu

dominus octauæ, dominus duodecimæ ac sextæ, sunt absciſores. Vidi in quadam natiuitate cuiusdã pueri, Iouem esse dominum octauæ in gradu ascendentis, & nulla fortuna ipsum aspiciebat, & abscidit uitam nati, quia cum puer fuit natus, mortuus est. Cometa interficit cum apparuerit tempore natiuitatis. Loca tenebrosa & nebulosa interficiunt. Gradus eclypsis, cũ fuerit eclypsis in figura natiuitatis, abscindit. Dixit Ptolemæus, quód Saturnus & Mars ex sextili abscindunt ex signis breuium ascensionum, & trinus eorum abscindit ex longis ascensionibus; sed si fuerint infortunati ex dictis aspectibus pure impediunt. Mercurius etiam per quartum & oppositum impedit etiam. Gradus quartæ domus, maxime cum fuerit aquæus & infortunatus, abscindit, quia est locus profundus & obscurus. Pars mortis & pars infirmitatis abscindunt. Et semper cum aliquis istorum significatorum peruenerit ad aliquem istorũ, impedietur natus, secundũ q̃ significauerit significator. De diuicijs, si fuerit significator diuiciarũ, uel si fuerit significator corporis de sanitate ipsius, uel de ægritudine, & impedietur natꝰ secundũ naturã absciſoris, & loci in quo est ac etiã domo, & hoc maxime si fuerit in loco, in termino infortunæ. Sed si in dicto loco absciſoris fuerit corporaliter fortuna, uel ibidẽ bono aspectu aspiciat fortuna fortis, significat q̃ natus nõ habebit dictũ impedimentũ, & si habebit, erit leue. Sed si fuerit debilis, remittetur dictũ impedimentũ, sed pure natus grauabitur, non tantum quantum grauaretur si non fuerit aspectus dictæ fortunæ.

Cap. VII. De directiõibus, et primo de locis dirigẽdis.

SI uero uolueris scire sanitatem uel infirmitatẽ, uel alia accidẽtia, quæ debẽt euenire nato, & tempus etiã ipsorũ accidentium, scire primo debes, quot significatores dirigi possunt ad loca absciſorũ. Primo debes dirigere pro infirmitate corporis scienda, gradus ascendẽtis natiuitatis suæ fuerit Hyleg uel nõ, gradus Lunæ, gradus Solis &c. Ita q̃ quinq; loca Hyleg, dirigi debent pro sciẽdo infirmitatẽ corporis ad corpora, uel radios dictorũ absciſorũ in capitulo præcedẽti. Et licet gradus Solis dirigitur ad sciendũ dominia uel magistratus nati, & pars fortunæ dirigitur ꝑ diuicijs nati nõ pro tanto etiã dirigi debet pro dispositione corporis nati. Et notũ est, q̃ sicut significatores diriguntur ad corpora uel radices absciſorũ, ita dirigi debent ad corpora uel radios beneuolos fortunarũ, dicendo bonũ & utilitatem nato secundũ naturã loci, in quo est fortuna uel eius radius. Et si infortuna impediret dictũ locũ, remitte uel tolle secundũ posse dictæ infortunæ, uel dirigere debes quinq; loca Hyleg. Ad sciendũ in quo tempore debet natus infirmari uel uulnerari, uel cadere, quod totũ distingues secundũ q̃ habere poteris in capitulo de 8 domo. Pro diuicijs acquirendis uel amittendis dirigitur gradus 2 domus, pars fortunæ ac eorũ domini, atq; Iupiter, &

pars

pars similis. Pro cōiugio gradus 7. ac etiā eius dñs, & Venus. Pro dominio gradus 10. & eius dominus ac locus Solis. Vt breuius dicā & concludā, qui libet significator cuiuscunq; rei fuerit, dirigi debet ad corpora uel radios ab scisorū, uel ad corpora uel radios fortunarū, & secundū q bonā uel malam obuiationē inuenerit, ita nato poteris iudicare, & hoc secundū naturā loci, et secūdū naturā ipsius abscisoris, & naturā domus in qua fuerit dicta abscisio.

De modis dirigendi.

Licet directio à nostris sapientibus diuersimode capiatur, tamē prout spectat in hoc proposito, determinandū est de ea. Directio enim nō est aliud, nisi aliquē significatorē in natiuitate inuenire ad gradū fortunij uel infortunij uel econtra, sed cum significator uadit ad locū infortunij deterius est q si infortuna uadit ad ipsum. Dicitur enim infortunā ire ad significatorē, cū sit directio contra successionē signorū. Diriguntur enim cōtra successionē signorū significatores, cū sunt à medietate cœli uersus occidētē usq; ad angulū terræ secundū uiam Ptolemæi. Partes aūt & planetæ retrogradi diriguntur cōtra successionē signorū, quia motus eorū est cū motu diurno. Medietas enim cœli illa, de qua dictum est, accidit cū significatoris signis oppositis, ideo cū abscensionibus eius nadir dirigitur. Tamen hæc directio aliter capiebatur à Dorothio & Omar, quos sequitur Guido Bonatus, & Omar & Guido laudāt nimiū hanc uiā, dicunt q subtrahantur ascensiōes significatoris in circulo illius regiōis nati, ab ascendentibus loci, ad quē uis dirigere pure in circulo regiōis, & pro quolibet gradu differentiæ assumūt annū, & pro 5 minutis mensem, & sic proportionabiliter de alijs fractionibus, & hoc faciunt ubicunq; fuerit significator in figura, quem modum directionis laudant, & maxime laudatur à Dorothio uiro excellenti in natiuitatibus, & est satis leuis & expeditus. Tamen hunc modū uidit Ptolemæus, quē reprobat in lib. quatuor partiū, parte 3. cap. 10. dicens, q iste modus non est seruandus, nisi cū significator fuerit in linea gradus ascendentis, uel per eius nadir si fuerit in linea gradus 7. ut infra patebit. Alter modus directionis, extrahi potest ex auctore theoricæ planetarum, cap. ult qui aspectus planetarū considerat, subtrahendo ascensiones significatoris in circulo directo, ab ascendentibus gradus, in quo est aspectus in eodē circulo, ita q capiebat aspectus planetarū per ascensiones in circulo directo, qui tum modus consideran lo à nostris authoribus in quolibet loco figuræ nō seruatur. Alia est uia magis rationabilis, quā omnes approbant, etiā Omar & Haly, & est uia Ptolemæi, & etiā magis rationabilis, quia alias ascensiones habet significator, cū est in linea medij cœli, q̄ cum est in linea occidentis uel orientis, sicut dixi, quilibet enim significator occidit cū ascendētibus sui nadir. Vnde in gradu ascendentis significator oritur cum ascensionibus regionis, & in medio cœli habet ascensiones circuli directi, & in loco medio mixtum.

Vnde, si significator est in gradu ascendentis natiuitatis, subtrahantur eius ascensiones in circulo regionis ab ascendentibus loci, ad quem uis dirigere in eodē circulo, & differentia harū ascensionū, est gradus directionis. Si eñ significator fuerit in linea medij cœli, subtrahantur ascensiones eius in circulo directo ab ascensionibus loci, ad quē uis dirigere in eodē circulo, & differentia erit quæsitū. Sed si fuerit in gradu 7. subtrahantur ascensiones nadir significatorū in circulo regionis ab ascensionibus nadir loci, ad quem uis dirigere, & differētia est directio. Et cōsimilis opatio est in gradu 4. domus sicut in gradu 10 domus. Cū significator non fuerit in prædictis locis, sed fuerit immediate, quæ est à 4 per orientē usq; ad 10 domū, tunc primo subtrahe, si significator fuerit in quarta, quæ est ab ascendēte usq; ad 10. ab eis ascensionibus in circulo directo ascensiones gradus 10. in eodem circulo, & differentiā serua ad partē. Sed si fuerit in alia quarta, quæ est ab ascendente ad angulum, tunc subtrahe abscensiones eius in circulo directo ab ascensionibus anguli terræ in eodem circulo, quā differentiā serua, & hæc differentia uocatur distantia significatoris ab angulo, qua distantia seruata, subtrahe ascensiōes significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci, ad quē uis dirigere in eodem circulo, & differentia uocatur significator regionis, quam serua cum prius seruata. Tertio subtrahe ascensiones significatoris in circulo directo ab ascensionibus loci, ad quem uis dirigere in eodē circulo, & differentia uocatur significator circuli directi, habitis his tribus, duobus modis practicatur, qui ueniūt ad unū. Ponam itaq; primū modū leuiorē, habeas differentiā, quæ est inter significatorem circuli directi & circuli obliqui, subtrahēdo minorē à maiori, multiplica itaq; prædictā differentiā per distantiā significatoris ab angulo iam seruatā, & multiplicatū diuide p medietatem arcus diurni gradus in quo fuerit significator. Si significator fuerit in quarta, quæ est inter orientē & cuspidē 10 uel per medietatē arcus nocturni dicti gradus significatoris, si fuerit inter ascendentē & quartā, & numerus quotus est pars proportionalis, quā addes significatori circuli directi, si fuerit minor significatore regionis, uel subtrahe eā à significatore circuli directi, si fuerit maior significatione regionis, & q̄ post additionē uel subtractionē prouenerit, erunt gradus directionis. Cū significator dirigendus fuerit inter 7 & 10. tunc subtrahe eius ascensiōes in circulo directo ab ascensionibus medij cœli, & erit distantia significatoris ab angulo. Deinde minues ascensiones gradus significatoris, quem uolueris dirigere de ascensionibus gradus illius, ad quē uolueris dirigere per circulū directū, & erit significator circuli directi, quē serua cum distantia. Tertio subtrahe ascensiones gradus nadir, in quo est significator dirigendus in circulo obliquo, ab ascensionibus nadir loci ad quē uis dirigere in circulo obliquo, & differentia est significator regionis. Subtrahe itaq; significatorē regionis à significatore circuli directi, uel econtra, si fuerit maior, quā differentiā multiplica p distantiā ab angulo iam seruatā, & productū diuide per medietatē arcus diurni gradus significatoris, & numerus quotus erit pars proportionalis, ad-

denda

denda uel subtrahēda de significatore circuli, secundū φ dictū est. Cū significator dirigēdus fuerit inter angulū terræ & septimā, habeas distātiā eius ab angulo, subtrahendo ascensiones anguli terræ ab ascensionibus significatoris, & erit distantia eius ab angulo in circulo directo. Deinde subtrahe ascensiones significatoris in circulo directo ab ascensionibus loci, ad quē uis dirigere in eodē circulo, & erit significator circuli directi. Tertio subtrahe ascensiones nadir significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus nadir loci, ad quē uis dirigere in circulo obliquo, & differentia est significator regiōis, quā multiplica per distantiā, & diuide per medietatē arcus nocturni nadir significatoris, & pars proportionalis addenda uel subtrahenda à significatore circuli directi, & erit directio, de qua fac ut dictū est. Alter est modus aliorū & est Ptolemæi, & recitat Alkabitius eum, et est φ habita prædicta distātia significatoris ab angulo, & distātia illa fuerit à 4 ad 10 per orientē, in illa quatuor diuidebat ipsam per partē horarū gradus, in quo erat significator, & numerus quotus erant horæ distātiæ significatoris ab angulo, p partes horarū gradus loci significatoris, & numerus quotus erant horæ distantiæ significatoris ab angulo. In alia uero quarta, quæ est à septima ad 10 diuidebat distantiā significatoris ab angulo per partes horarū gradus loci significatoris, & numerus quotus erāt horæ longitudinis significatoris ab angulo in quarto, quæ est ab ascendēte in 4 domū, diuidebat dictā distantiam per partes horarū gradus nadir significatoris. Et cōsimiliter in quarta, quæ est inter 4 & 7, diuiditur p partes horarū nadir significatoris. Postea accipiebant differentiā inter significatorē circuli directi & significatorē regionis, de qua differentia accipiebat unā quartā partē eius, quā multiplicabat in horas longitudinis ab angulo, & productū erat æquatio, quā addebat significatore circuli directi, si erat minor significatore regionis, uel subtrahebat si erat maior, et quod post additionē uel subtractionē proueniebat, erat quæsitum. iste modus operandi resultat ad idē sicut primus modus, sed primus modus leuior apparet. Cum significator fuerit in una parte, & locus ad quē uis dirigere, in una alia, dirige significatorem primo ad angulū medij cœli, uel ad angulū terræ, qui eū succederet dirigēdo per modū quē dixi, tum circulū obliquū, tū per directū, & serua ad partē hanc directionē. Deinde dirige dictū angulū ad locū, ad quē uolebas eum dirigere, eodē modo sicut dictū est, habebis aliam directionē, iūge cum alia, & aggregatum erit directio. Declaratur enim hoc sic, quia dirigitur significator ad angulū, ac si dirigetur ad unū infortuniū eodē modo, sicut dictū est. Postea si angulus ille fuerit 10 uel 4, subtrahentur eius ascensiones in circulo directo ab ascendentibus gradus ad quē uis dirigere etiā in eodem circulo. Et si fuerit dictus angulus gradus ascendens uel septimæ, fiat directio ipsius in circulo obliquo, quemadmodū dixi in principio, postea iunge has directiones, sicut dictū est. Nota etiam cū significator fuerit inter duos angulos proximos, accidit aliquando in dirigendo ipsum, φ non inuenitur significator circuli directi, quia in subtrahēdo ascensiones significatoris ab ascendētibus

gradus

gradus, ad quē uis dirigere in circulo directo, remanet nihil, tamē cū habes significatorē regionis, tunc multiplica totū significatorem regionis per distantiam significatoris ab angulo, & multiplicatum diuide per medietatē arcus diurni illius significatoris, uel nocturni secundū q fuerit supra terrā uel sub terra, & numerū quocientē subtrahe à significatore regiōis, & resultans est gradus directionis. Sed si significator regiōis fuerit o, & habuerit significatorem circuli directi, fac ecōtra .i. multiplicabis significatorē circuli directi per eius distantiā ab angulo, & multiplicatū diuide per medietatem arcus diurni loci significatoris si fuerit supra terrā, uel nocturni si fuerit sub terra, & numerū quocientē subtrahe à loco significatoris circuli directi & resultans erit quæsitū. Voluit pars magna sapientū, q significator dirigendus, & locus ad quē uis dirigere, nō fuerint concordes in latitudine, directio nullius erit effectus boni uel mali, hoc uoluit Ptolemæus in suis natiuitatibus, & multi alij nostri sapientes. Ita, q si infortuna uel fortuna aliqd debebat operari, oportebat q essent coniuncti secundū latitudinē. & operantur isto modo ad hoc inueniendū, quia si significator dirigēdus habebat latitudinē, tunc uidebat per quantū declinabat ab æquinoctiali gradus, in quo erat in tabula declinationis Solis ab æquatore. Postea uidebant si dicta declinatio erat septentrionalis uel meridionalis. Si enim declinatio & latitudo essent cōcordes in meridie uel in septentrione, addebant simul, sed si una fuisset meridionalis & alia septentrionalis, subtrahebant minorem à maiori, & residuū seruabant. Hoc habito considerabāt in tabula declinationis Solis ab æquatore, cui gradui cōueniebat hæc declinatio, & in dicto gradu quē inueniebāt, dicebant esse circumferentiā planetæ dirigendi, & eodem modo faciebāt de planeta, ad quē uolebāt dirigere Exēplū ponatur q Luna sit significator dirigendus, & habeat latitudinē septentrionalē, & sit latitudo eius 3 grad. & in 20 grad. Arietis declinat ab æquinoctiali ferè gradus 8, & est dicta declinatio septentrionalis, adiungo simul, & totū erit gradus 11. tunc uidi in tabula declinationis Solis ab æquatore cui gradui circuli signorū conueniebat dicta declinatio, & correspondebat in linea numeri 26 gradus Arietis, tunc dicebant Lunam esse in 26 gradu Arietis. Sed si dicta latitudo fuisset meridionalis, subtraxissent eam ab 8 gradibus declinationis, & remansissent 5 gradus, quibus correspondent in dicta tabula fere supra 13 Arietis, & tunc dixissent circumferentiā Lunæ esse ibidē, & eodem modo faciebāt de loco, ad quē dirigebant considerando declinationē dicti grad9 ab æquinoctiali, & etiā latitudinē eius, & postea si locus ille erit concors cū significatore, tūc sequebatur effectus directionis, aliter nō. Tamē cū dirigitur Hyleg uel gradus Solis, uel aliqua partiū, uel gradus ascēdēs, uel aliquis gradus alicuius domus nō requirit hāc operationē, quia dicti gradus cōtinue intelligūtur in eclyptica, ita q latitudinē non habeat. Licet hæc dicta sint multū uera, non pro tanto sunt præcise ad ueritatem Quoniam cū significator dirigendus, & locus ad quē dirigitur fuerint concordes in latitudine, sequitur intensior effectus directiōis. Si eni duo significatores

sint

sint coniuncti secundum longitudinem & non secundum latitudinem, non significāt tantū effectū, quantū si essent cōiuncti secundum longitudinem & latitudinem.

Cap. VIII. De forma corporis & complexione.

¶ In hoc cap. 8. De forma nati quæ difficulter dijudicatur propter multimodas causas concurrentes, scilicet ex parte progenitorū, propter clima, propter prouinciā, propter loca natiuitatū, item cibos, potus, & consuetudines &c. Magister considerat gradus lucidos tenebrosos & fumosos, Nam illi addunt & minuunt. Haly iudicat per faciem ascendentis. Item ascendens significat corpus, & Almuten ascendentis principaliter significat faciem. In longitudine & breuitate staturæ considerat situm significatoris in longitudine longiori sui eccentri uel propiori &c. Item signa longarū ascensionū, longā dant staturam: & breuium breuem. Item significator directus, significat natū macilentum: retrogradus, pinguē. Similiter statio prima significat corpora fortia, secunda debilia. Quando significator est occultatus, significat corpus dispositū ad recipiendū oēs aduersitates.

Annotat. Io. de Regiomōte.

Difficile est ad iudicandū de forma nati propter causas alias quàm cœlestiū cōcurrentes, quia pater & mater uim habent in forma filij, quoniam aliquando natus est similis patri, aliquādo matri, aliquādo tenet formā utriusq; permixtam, aliquando propter fortem imaginationē quā habebunt in forma alicuius hominis, tempore conceptionis, natus erit similis formæ illius hominis sic fortiter imaginati. Et ex isto nō potest pater certificari de filio, solū propter hoc, ut natus sit similis sibi, quia stat quod eius uxor fornicetur cum amasio suo, & in actu conceptionis habet fortē imaginationem in marito æstimare, & cōsimiliter intelligas de amasio, tunc natus seruabit formam mariti, & maritus erit deceptus in assimilatione, unde non est necessarium illud quod cōmuniter dicitur, quia stat oppositū. Aliquādo tamen natus trahit formā sui aui uel proaui, qui multo tēpore mortui sunt. Aliquādo tenet formā parentū matris. Aliquādo retinet formā ex parte parentū matris mariti, & sic de parētibus uxoris. Aliquādo enim natus est dissimilis omni formæ tā patris & matris quā utriusq; omniū suorū consanguineorū, & domesticorū, ac notorū patris & matris, sicut euenit in figura Alexandri Imperatoris, qui singulariter retinuit specialē formā & figuram ex forti, & specialiter permixtionē planetarū adinuicem, quoniā natus est ex industria & sapientia sui patris Vetabo Astrologi, ut recitat Galenus in libello de spermate, dicens: quod Alexander habuit asperitatē signi Leonis, & ex Leone habuit citrinitatē coloris, & etiā crispos capillos in multitudine magna. habuit etiā unum oculū aquilæ, qui signū Leonis ex uigore aquilis dominatur: & reliquū oculum habuit draconis ac dentes acutos ut draco, quia caput draconis in eius figura habuit magnū prædominium, unde Alaxander

hanc figurã asperam retinuit ex uirtute cœlestium. Et licet hoc negociũ prætactum sit nostrorũ philosophorũ, & medicinali ratione possit his dubijs responderi, ego nolo tangere rationes datas à nostris authoribus medicinæ, quia nõ esset speculationis præsentis, sed solũ ponã causas Astronomicas, quæ sunt superiores causæ, determinantes causas medicorũ, quæ nõ possunt explicite & directo modo prædictis dubijs responderi, solũ ponã rationem respondentẽ dissimilitudini nati patruis & auunculis, auis & proauis dicti nati, quia de similitudine nati patris uel matris eius utriusq; similis uel uni personæ cognitæ à parentibus nati, unusquisq; naturalis posset huic dubio respõdere, nec hic uolo prolõgare sermonẽ, quia essent immensæ difficultates declarandæ, nec essent utiles huic tractatui de natiuitatibus. Scias ꝙ elementa & quæq; mixta sunt ligata secundũ 12 signa cœlestiũ, & pro uirtute stellarũ erraticarũ his signis fiunt determinate species generatorũ, unde in natiuitate alicuius creari relinquitur aliquãdo ita fortis qualitas ex uirtute cœlestium speciali, ꝙ natus iste in successionibus ex uirtute suæ seminis qualitate uirtuali cœlesti in eo derelicti, natus retinebit uestigia patris, & cõsimiliter intelligas de fœmella, Vnde cũ talis natus ad ætatem peruenerit generandi, seruans uirtutẽ fortẽ cõplexionalẽ patris & semẽ derelictũ ex ipso hãc uirtutẽ habent specialẽ cœlestiũ proiectã in matricẽ agẽdo in sanguinẽ menstruũ sibi assimilatur iuxta posse, unde cum in exitu infantis fiunt influxus cœlestiũ influxui sui aui, tunc talis natus propter similitudinẽ passi quã habet formã seruabit sui aui, & nõ patris in natiuitate eius respectu patris, sicut fuit similitudo agentium filij respectu aui. Et sicut tu intelligis de nato, ita tu intelligas de ex parte fœmellis. Quare sequitur ꝙ ex forti uel debili similitudine agentiũ supercœlestiũ auorum & proauorũ natus retinebit formam. Aliquãdo enim natus tenebit formã mixtã ex forma aui mulieris, et ex forma aui mariti, et hoc secũdũ magis & minus, secũdũ proportionabilia agẽtia cœlestiũ fiunt fortiora uel debiliora agentibus cœlestibus formæ auorũ uel proauorũ. Hic solũ tetigi pũctum his dubijs, ac ab ipso recedere expeto, quia requireret longã probationem causarũ. Aliquando forma nati uariatur ratione climatis, sicut in Aethiopia continue nascuntur nigri, & in Selanouio, ut plurimũ albi. Aliquãdo uariatur forma nati ratione prouinciæ, ut Mantuani utrisq; plurimũ Venetijs & Lombardis clariores. Variatur etiã forma nati secundũ ciuitates, ut Bononienses, ut plurimũ mediocres, & Mediolanenses plurimum lõgiores. Aliquãdo ratione ciborum, artiũ & cõsuetudinum forma nati uariatur, unde Astrologum oportet plurimum considerare hæc supradicta, & multa alia, ut iudicet de forma nati, quia de leui potest errare.

Iterum de forma & complexione corporis.

ASCendens natiuitatis est illud quod continuo significat corpus nati, unde

unde primo considera ipsum, quid significet de formis & complexione. Secundo considera Almuten ascendentis & signũ in quo est, & quid significet de formis unumquodq;. ¶Tertio cõsiderabis locum Lunæ, quoniam Luna significat corp9 nati. Etiã uide si qs planeta fuerit in gradu ascẽdẽtis, maxime si habuerit in illis aliquã dignitatẽ, & si nõ fuerit ibi secundũ centrũ, saltẽ pijciat radios ex medietate sui orbis, quoniã si sic fuerit, iste erit principalis significator in forma nati. Permiscendo formã Almuten in signo in quo est cum forma loci Lunæ, & omnium planetarũ aspicientiũ dicta loca augendo uel minuendo secundũ q decet. Si uero nullus fuerit planeta in ascendente nati secundũ figurã Almuten in loco in quo est, & considera signũ ascendens principaliter, maxime si ascẽdens aspexerit, & iudicabis à prædominanti figurã ipsius ascendẽtis permiscendo locũ Lunæ & aliorũ planetarũ q dicta loca aspexerit. Cõsidera & q̃ formæ imaginũ stellarũ fixarũ fuerint in ascendẽte uel in loco Almuten ascendentis, & p ipsas etiã iuuas, & iudicando augẽdo uel remittẽdo secundũ q decet. Et secundũ cõplexionẽ quã habebit ascendentis Almuten & ascendentis in quo signo fuerit, et est prædictũ esse suum de latitudine retrogradare fractione &c. De cõplexione nati poteris iudicare: Cõsidera enim tempus natiuitatis, aut sit de die, aut de nocte, & in qua quarta anni sit natus, quoniã ista tempora habẽt augere uel remittere de formis principaliũ significatorũ. Nam si natiuitas est de die, adiuuat eum, intendit claritatẽ uel significatorũ, uel remittit obscuritatẽ faciei. Et si natiuitas fuerit de nocte, adiuuat & intendit obscuritatem faciei, uel remittit claritatẽ, secundũ q significationes principales significauerũt de claritate siue obscuritate. Cõsidera etiam sicut dixi quantitatẽ anni, quæ incipiunt ab introitu Solis in cardinalia pũcta cœli. Nam si natiuitas fuerit in quarta Veris, significat corp9 nati esse mediocre, & habere bonũ colorẽ, oculos, dentes, & habere temperatã grossitiem & macrem, tamẽ tendentia ad grossitudinẽ, & significat de cõplexiõe sanguineã cõplexionẽ. Et si fuerit natiuitas in quarta Aestiuali, significat magnorũ oculorũ, multorũ capillorũ, et membra grossa, & significat complexionẽ Colericã. Quarta Autumnalis, facit natũ melini coloris, macrũ, capillorũ extensorũ cum grossis humeris, Et significat cõplexionem Melancholicã. Quarta Hyemalis facit complexionẽ Phlegmaticã. Iste enim significatores augent & remittunt significationes principaliũ significatorũ, & considera, & si significatores fuerint in aliqua istarum quartarũ, & iudica secundũ natiuitates ipsarum prædictas augendo & remittẽdo. Et uide etiã significatores principales, maxime utrũ fuerit in gradibus luminosis, fumosis uel tenebrosis, quoniã gradus lucidi multũ iuuant ad claritatẽ faciei & ad ipsius pulchritudinẽ: Et fumosi iuuãt ad obscuritatẽ & turpitudinẽ faciei. Tenebrosi uero faciũt faciẽ obfruã, turpem & difformem, unde debẽt multa considerari. Visum est Haly, q ut plurimum de forma nati debes iudicare secũdũ dominũ faciei ascendentis permiscendo significatores adinuicẽ quæ dixi superius. Nota enim q ascendẽs significat corpus, & Almuten ascendentis principaliter significat faciẽ nati

 secundum

secundum esse suũ &c. Item quãdo significatores apparuerũt in matutinis, faciunt corpora magna, ita φ augẽt uel remittunt. Et quãdo significatores fiunt retrogradi, faciũt natũ difformem in corpore, maxime ita φ membra non habent debitã correspondentiã, ut labia grossanea debilia, & nasum breuiorẽ uel longiorẽ, et oculos eleuatos uel depressos, uel grossiores, & sic de frõte, ita φ membra adinuicẽ nõ correspondẽt secũdũ debitã anatomiã.

Longitudinem uel breuitatem corporis iudicare,

SI uis scire de longitudine uel breuitate corporis nati, primo considera signum ascendens, si forma longã uel breuem significet. Videas enim quid significet de statura breui uel longa principalis significator, & qd significet de statura signũ, in quo fuerit, & permisce adinuicẽ. Secũdo principaliter considera, si significator fuerit in lõgitudine lõgiori uel breuiori, uel lõgitudinibus medijs & centri epicicli. Quoniã si fuerit significator in lõgitudine lõgiori, erit corpus longũ. Et in longitudine propiori, erit corpus breue. Et in media, mediocre. Et sicut proportionabiliter remouetur à lõgitudine longiori uel breuiori, ita proportionaliter iudicabis de longitudine & breuitate corporis nati omnes significatores adinuicẽ permiscendo, ut dictũ est supra. Et maxime intellige de lõgitudine longiori uel breuiori ecentrici, adiuuare enim in augendo uel remittendo significat prædictarum, quoniã signa quæ augent suas ascensiones, multũ iuuantur in magnitudine corporis quãdo fiunt loca ascendentis & significatorũ. Et sic econtra dicas de breuitate corporis, quãdo dicta signa fuerint eorũ ascendẽtes &c. Item cõsidera φ cæteris paribus in initia signorũ, quãdo dicta loca augẽt longitudinẽ & fines diminuunt. Signa enim quæ faciunt corpora magna, sunt ♌, ♍, et ♐. Signa autẽ quæ faciunt corpora parua, sunt ♓, ♋, & ♑. Etiã considerabis inferius quã de statura significat unusquisq; planeta, & p tuã industriã omnia considerando ponderabis semper staturas parentum.

Crassitiem & macredinem, uel grossitudinem corporis dinoscere.

DEbes primo uidere ascendens, utrũ significat corpus grossum uel macrum, uel quid significet planeta Almuten de grossitudine, uel de macredine, & quid significet de dicta dispositiõe signũ in quo fuerit significator, postea principaliter cõsideratur latitudo Almuten ascendentis, quoniã dispositiões quas significent prædicta de grossitud ne & macredine corporis poteris declarare. Vnde enim significator nullã habet latitudinẽ cæteris paribus, significat natum macilentũ. Et si eius latitudo fuerit multũ, significat natũ pinguẽ. Si uero fuerit eius latitudo Meridionalis, significat φ erit

ꝙ erit carnosus, tamē erit leuis in motu. Et si fuerit Septentrionalis, erit grauis cum carnositate multa, & similiter intelligas secundū eius esse in epicielo. Quoniā si fuerit retrogradus, significat natum pinguē, & in statiōe prima ad illud idem, sed nō tantū. Sed si fuerit directus, significat natū macilentum, & in statiōe secūda sed nō tantū. Etiā nota ꝙ principalis significatio sumitur ā ex altitudine ꝙ ex suo epiciclo, semper omnia permiscendo, ut dictū est, & sic proportionaliter crescit in latitudine uel decrescit, & cōsimiliter de eius situ in epiciclo, ita de dicta dispositione proportionabiliter iudicabis. Nam statio prima significat corpora fortiora & patientia. Retrogradatio facit corpora pinguia & disproportionabilia in membris. Statio uero secunda facit corpora debilia, & quādo significator est occultatus, facit corpora uilia & disposita ad recipiendū omnes diuersitates. Prima medietas ♌, ♈ & ♉, facit corpora tendentia ad grossitudinē, & fines dictorū signorū facit corpora tendentia ad macredinem. Et medietas ♐, ♊, & ♏, faciunt corpora tendētia ad macredinem et ad debilitatem, & fines dictorū signorum faciūt corpa tendētia ad grossitudinē & fortitudinem. Sed ♍, ♎, & ♐, faciunt corpa bene ꝓportionabilia in membris, in quātitate, in situ ipsorū. Sed ♋, ♒ & ♓, disponūt corpora ad diuersitatē membrorū, nec membra proportionabilia ponunt. Vnde quando significatores fiunt in aliquo signorum prædictorum, uel aliquod ipsorum fuerit ascendens, proportionabiliter iudicabis omnia permiscendo prout potes discernere;

De formis Signorum,

Qvando aliqua prædictarū significationū. s. ascendens uel loca significatoꝝ fuerit in Ariete, significat de figura natū habere collū longū, paruorū crurium, inclinati aspectus, multorū capillorū & crisporū, ad albedinē tendentium. Vnde si fuerit aliqua prædictarum significationum in Tauro, significat natum amplæ et lōgæ et eleuatæ frontis ad modū tauri, habet nares amplorū foraminum, magnorū oculorum, colli grossi, sicut accidit mulieribus Bononiensibus, quæ habēt frōtes tauri, grossum collum & pinguē, et significat capillos erectos, supercilia magna, et uocē mediam cum raucedine. Tamen et eius principium facit natum tendere ad grossitiem, et finis ad macredinē, nō proportionaliter in correspondentia membrorum adinuicē. Quādo aliqua ex prædictis significatiōib9 fuerit in Geminis, significat natum temperatum in membris & situ ipsorum, et mediocri statura, id est temperata, et habebit formā faciei totam humanā, ampli pectoris, bene dispositus in brachijs, erit creditus, debilis corporis, subtilis ingenij, Geometricus et Arithmeticus, uel scriba. Et principium ipsius facit corpus tendere ad macredinē, & finis eius ad pinguedinē, et disponit natum socialē et conuenientē, ac bonā uocem et pulchram habentē. Quando dicta significatio fuerit in Cancro, disponit natum bassæ staturæ, et superiora

 membra

membra habebit grossiora inferioribus, magni uentris, et habebit dentatu ram obliquã, habebit paruos oculos, magna supercilia, capillos diuersos crispos ad nigrũ tendentes, et habebit humeros amplos, et natus nõ erit asso ciabilis, nec domesticus, et habebit remissimã uoce. Si aliqua significatio ex dictis fuerit in Leone, significat corpus nati magnũ, et facit ipsum flauũ, ampli pectoris, habebit membra superiora grossiora inferioribus, erit leuis in motu, nimis erit fortis, magnæ & malæ iræ, et crurũ subtiliũ, acuti aspe ctus & asperi, et erit natus displacabilis receptionis, habebit uocem sonorã, non erit homo associabilis, imò audax, indomesticus natus, multorum ca pillorum, citrini coloris. Si dicta significatio fuerit in Virgine, facit natum aliqualiter longum, temperatum in crassitudine & macie, et intemperatũ in proportione membrorũ, sociabilis et bonæ receptionis humanæ, bonorũ morũ, & prospicax in scientijs et doctrinis. Libra facit natum pulchræ for mæ, temperatum in proportione membrorũ, mediocrẽ in carne, et tempe ratæ staturæ, albæ faciei, et tamẽ erit niger in reliqua pte corporis, erit luxu riosus, sociabilis & iocundus. Scorpio facit natum paruũ, paruorũ oculo rum, paruæ faciei, multorũ capillo, habebit magna crura et magnos pe des, erit agilis in motu, pditor et deceptor, ac archoriꝰ, desiderator rixarũ et discordiarũ, nũꝙ erit cõtẽtus de esse suo, et sicut dixi, mẽbra habebit dispro portionata. Sagitarius facit corpus magnũ debileꝙ, erit flaui coloris faciei, longæ barbæ, subtiliũ capillorum, à parte posteriori erit pulchrior ꝙ ante, habebit magnum uentrẽ, & eius prima medietas facit corpus proportiona tum, erit sociabilis cum pulchra uoce et humanæ receptionis. Capricornus facit corpus paruum, crurium subtilium, et facit natum debilem, et sicci cor poris, habebit faciem longã ad similitudirẽ capræ, uultus subtilis & acuti, et capillorum multorum, erit nimis luxuriosus, et habebit uocem mediam. Aquarius facit unam partem corporis longiorẽ altera, uel saltem crus lon gius, apparentis sanitatis, bene paratus in proportione membrorum, cum pulchra uoce, humanæ receptionis, erit desiderator famæ, liber magnarum expensarum, dispergens sua bona. Piscis facit natum rotundorum oculo rum, magnæ faciei, albi coloris, paucarũ operationũ, multæ dormitiõis, & forsan eius forma habebit maculã, nõ erit domesticꝰ, nec associabilis, & erit cum modica uoce, et erit disproportionatꝰ in mẽbris, et facit corpꝰ paruũ.

De formis planetarum.

CVm Saturnus fuerit solus principalis significator in dispositione cor poris nati, dixit Haly, ꝙ significat hominẽ strabonem uel maculã in uno oculo, habebit oculos magnos, faciem longã, diuersitatẽ tempo rũ aspectus, pedum turbatorum habentiũ siccceas. Et si fuerit orientalis, fa cit natum frigidum & humidum. Et si fuerit occidentalis, facit natum frigi dum & siccum, Dixit Ptolemæus, quòd si Saturnus fuerit solus dispositor,

&

& fuerit orientalis, tam à Sole q̃ à figura, uel à Sole saltẽ, significat ꝙ natus erit melini coloris, medioctiter grossus, pilorũ nigrorũ in capite, corp9 mediocre, & habebit oculos mediocres, et pilos spissos in pectore, et erit humidæ cõplexiõis. Sed si fuerit occidẽtalis, significat natũ magnũ, pui corpis et macilẽti, planorũ & rarorũ ac nigrorũ capillorũ, et erit Melãcholicus, et hoc si Saturnus fuerit bene dispositus: sed si fuerit male dispositus, significat deteriorẽ formã. Et cõsidera dispositionẽ corporis q̃ debet dare, uel si esset retrogrado9 uel stationarius secundũ ꝙ dixi. Et Dorothius, ꝙ significat hoiem ualde pilosum iũctis supcilijs. Et dixit Messahala, ꝙ significat hoiem nigrũ, q in ambulãdo mergit oculos suos in terrã, uadit plane et põderos9, piger, ociosus, habẽs raceã barbã in maxillis. et Saturnus est ut habitus, et significat hoiem plumbei coloris, et modicæ carnis. Iupiter cũ fuerit solus dispositor corpis, dixit Haly, significat hominẽ albũ, aliquantulũ flauũ, magnorꝫ oculorũ, paruæ pupillæ, capillorũ æqualiũ, bonæ apparentiæ, mediocris dispositiõis in carne, pomellorꝫ faciei altorũ, erit tempatæ statutæ. Si fuerit orientalis, erit Sanguine9. Et si fuerit occidẽtalis, significat ꝙ erit pulchrior, habebit oculos mediocres, aptæ et moderatæ staturæ, caliditas et humiditas p̃ualebit in eo. Et si fuerit occidẽtalis, erit albus, sed nõ ita pulchra albedine, sicut prima, habebit oculos mediocres, erit ex anteriore pte corpis caluus, habebit capillos planos, corp9 mediocre, et in eo uicet humiditas Et dixit Messahala, ꝙ significat hoiem albũ habẽtẽruborẽ in facie, oculos uero ꝓrsus nigros, nares nõ æquales et breues, caluũ in aliq̃, dẽtiũ nigredinẽ, pulchræ staturæ, boni animi. Et Dorothius dixit, ꝙ significat hoiem habẽtẽ magnos oculos, pupillã latã, et dixit, ꝙ habet duos dẽtes anteriores lõgiores ac raros. Dixit q̃dã, ꝙ si Mars fuerit particeps cũ Ioue, ꝓmisce oia signa adinuicẽ, et refrange. Et si magna fuerit oriẽtalis, significat ꝙ habebit in pede dextro signum. Et si fuerit occidẽtalis, habebit ipsum in sinistro, et dixit ꝙ raro fallit. Mars cũ fuerit solus dispositor corpis et fuerit orientalis, tã à Sole q̃ in figura, maxime a Sole, facit natũ mediocris corpis, cũ oculis uarijs, & color faciei inter albũ & rubeũ, habebit multos capillos, et erit abundans in eo humiditas & siccitas. Et si fuerit occidẽtalis, facit corpus nati simpliciter rubeũ, paruis oculis, planorũ capillorũ flauorũ, mediocris staturæ, habebit faciem rotundã, & fortassis habebit per ipsam maculas, habebit signũ in facie, habebit dentes longos, et erit feroci aspectus, et male recipiet gentes, cõtinue ꝓcedens ut iratus, et habebit carnẽ modicã, et cum ambulat facit magnos passus, & fortè habebit magnas nates, et acutum aspectum, et habebit aliquando oculos croceos, & forte habebit in pede signum uel maculã, & prædominabitur in eo siccitas, et aliquãdo citrinum corpus, & erit praui coloris, et aliquãdo habebit grana rubea in facie, raros habẽs pilos in barba, et erit homo rebellis aspectus, hoc dico secũdũ intentionẽ aliq̃rum. Cũ Sol fuerit dispositor corpis, et fuerit in parte oriẽtis supra terrã, significat natũ praui coloris. Et in alijs locis crocei coloris, significat corpus mediocræ staturæ & animi grossus Et si fuerit in ascendẽte in signo aqueo, erit temperatæ

complexionis

complexionis, quasi de cõplexione Iouis. Et si fuerit in dicto loco in signo igneo, significat ꝙ erit subtilis intellectus, modicæ carnis, uelut cõsumptæ, & est corpus totum accidẽtabile, et procedente ætate meliorabitur, tamẽ ex se significat corpus mediocre cũ uoce rauca, & procedit in ambulãdo totus dominabilis et audax. Et dixit Messahala, ꝙ significat hominẽ habentẽ colorem inter fuscum et nigrũ cum rubore, breue staturæ, crispũ, caluum, pulchri corporis, id est formosi. Et dixit Dorothius, ꝙ figura Solis est crocea, eius oculi aliquãtulum crocei, & habet capillos partim rubeos. Venus cum fuerit in dispositiõe prædicta, facit blandũ & totum placabile, et eius formositas muliebris, & facit oculos uagos & placabiles, captantes philocationẽ & habilior, ꝙ facit corpus lassum, in colore permixtũ cum rubedine, labiorum subtiliũ ac superciliorum subtiliũ, & multæ carnis in facie, tamẽ stricti pectoris & grossorũ crurium, & habet capillos aliquãtulum spissos crispos cum blando aspectu, cum uagis oculis, cum commotore ipsorum propter bene apparere, cum eius incestu totaliter ornato ac placabili. Et dixit Messahala, ꝙ significat hominẽ album trahentem ad nigredinẽ, pulchri corporis et capillorum, cum facie rotunda & prona maxilla, cum pulchris oculis, et nigredo oculorũ eius erit plusq̃ oportet. Et Dorothius dixit, ꝙ habet pulchrã faciem, multos capillos, oculorum nigredo eius plusq̃ oportet habebit colorẽ album cõpositum rubore, & significat corpus grossum aliquãtulum, & est ostensor beneuolẽtiæ. Et dixit Ptolemæus, ꝙ habebit oculos subruffos & idoneos, et hoc significat si fuerit orientalis, et uincit humiditas in complexiõe. Et si fuerit occidẽtalis, omnia prædicta significata erunt remissiora, et erunt cõplexionis frigidæ. Mercurius solus significator corporis orientalis, tam in Sole q̃ in figura supra terrã, maxime à Sole, dixit Haly, ꝙ erit melini coloris mediocris staturæ oculorũ Et dixit Ptolemæus, ꝙ erit moderatæ quãtitatis corporis & bene proportionis, et in eius cõplexiõe uincet caliditas. & dixit ꝙ si fuerit occidentalis, significat ꝙ natus erit coloris subnigri ac coloris crocei, macilẽtus, habet uocẽ subtilem, et exilem, cum oculis multorũ intus positi infra orbes, et ipsorum pupilla erit ut capræ pupilla declinans ad rubedinem, & uincet in eo siccitas. Et dixit Haly auctoritate aliquorũ, ꝙ est strictæ frontis, grossorũ aurium, pulchræ faciei, narium ordinatorum, superciliorum cõiunctorum, raræ barbæ, proportionabilis status corporis, tamẽ erit macre, & cũ ambulauerit, facit passus minutos, et si fuerit orientalis, prædicta omnia erunt intensiora. Et dixit Messahala, ꝙ Mercurius significat hominẽ non multum albũ, nec nigrum, habentẽ frontẽ eleuatum, & erit longus in facie, et habebit nasum lõgum, barbã rarã in maxillis, & oculos pulchros non ex toto nigros, habentẽ longos digitos. Cum Luna fuerit sola significatrix corporis, dixit Haly, ꝙ facit natum albũ, pulchræ faciei, et habebit aspectum pulchrum, et amabit libenter quietẽ. Dixit Messahala, ꝙ significat hominẽ album permixtum cum rubore, habentẽ iuncta supercilia, oculos nõ in toto nigros, faciem rotundam. Et dixit Ptolemæus, ꝙ Luna adiuuat temporaliter & generaliter in

tempore

tempe & humiditate, maximè cum feparatur à Sole, quia auget & diminuit de dicta difpofitiõe, fecundum q Luna crefcit. Et dixit q Sol adiuuat in figura & formofitate, ac in pinguedine corpis, ita q intẽtio Ptolemæi fuit, q Sol & Luna nõ effent principaliter fignificatores corpis, fed effent coordinãtes, ut dixi. Et dixit Dorothius, q Sol & Luna faciunt talẽ figurã in forma hominis, qualiter fuerunt planetæ qui fuerunt cum eis, & illius planetæ q fuit Almuten locis ipforum. Nota hic bene, q omnes prædicti fignificatores planetarum dicta fuperius prouenіunt, quando dicti planetæ fuerint bene difpofiti: fed fi fuerint male difpofiti, tunc debes cõfiderare ad remittendum de figura & forma ipforũ fecundum infortuniũ ipfius, ponendo turpitudinẽ & difpofitionẽ fecundum naturã impedimenti, maxime erecta illa membra, quæ principaliter fignificauerit dictus planeta, & fignum in q fuerit Nota, q nunq accidit, uel faltem rarifsime, q fit fimplex fignificatio corporis ab uno planeta, quia nullus eft fimpliciter quin Saturnus permixtionẽ habeat cum alijs formis reliquorũ planetarũ, in quibus ceciderint fignificatores prædicti, unde cõfiderabis oẽs formas planetarum & fignorũ permifcẽtium, & refrange dicta figna, fcilicet magis uel minus, fecundum q fuerit fortis uel debilis permixtio cõtinue referuanda apud formã Almuten & afcendentis, & fignũ in q fuit Almuten, & hoc facit fieri, pptera confideratorio intellectu fenfus cõfiderando formitas parentũ, & pmifcere adinuicem. Nec pono hic omnes participatiões planetarũ, nec planetarũ cum fignis, nec triũ uel quatuor planetarũ participãtium, uel pluriũ, qa nõ fufficeret charta, et effet fruftra, quia bonus intellectus poterit p fe ipfum facere.

Cap. IX. De natura, intellectu, fenfu, ac moribus nati.

¶In cap. de fenfu & intellectu ac moribus nati, principales fignificatores ponere uegetatiue, funt afcẽdẽs ☽, Almuten afcẽdẽtis, planeta qui fuerit in afcendẽte, maxime fi illic dignitatem habuerit, dominus triplicitatis afcendentis, & locus Hyleg Principales fignificatores ponere fenfitiue, funt ☽ Almuten afcendentis, luminare, cuius eft auctoritas. Intellectiue, Mercurius, Almuten afcendentis, Luna. In difpofitiõe intellectus monet ual de obferuari Almuten afcendentis, uide icet naturam eius, fitum in figno & in loco figuræ, & afpectum ad alios. Appetitum nati ex loco Veneris, nam fi in Leone, erit natus philocaptus igitur ille accipit fignificationem fignorum conuenientem, dando Arieti caput, Tauro collum, & fic de alijs. Mercurius in Ariete in quarto Martis, facit natum non credere in Deum fed homicidam Item notabis, fi idem fuerit Almuten loci Lunæ, et loci Mercurij, id enim fortis erit fignificationis Si tum fuerint diuerfi concordes, tum & in dignitatibus fuis & cæterum bene, licet non tãtum, fecundum hoc te iuuabis Item fi dicti Almuten fuerint coniuncti, uide quis eorum eleuetur fuper alterum, nam ponere per eũ fignificatũ, fubijciet aliam, Significationes fignorum fimiles funt fignificationibus dominorum fu rum Magifter confiderat etiam gradus putcales, quamuis Ptolemæus non faciat luminaria fignificatores animæ & formæ. Placet tamen Antonio, ut & ipfa Annotat. Io. de Regiomõte.

 affumantur

aſſumantur, inquit, ſtultum eſt præ alijs uni credere abſq; demonſtratione. Item allegat primum uerbum Hermetis: Sic magiſter tenet ſerioſe quod Almuten aſcendentis multum poßit in conditionibus formæ & animæ, itemq; luminaria, & dicit ſe expertum eſſe in tribus natiuitatibus quas allegat.

SVbtili uia debet Aſtrologus inueſtigare, de natura, ſenſu, ac moribus nati, quoniã multa cõueniunt hic cõſiderando, unde debes primo ſcire, ꝙ hoc debes primo uidere ſecundum tres potẽtias animæ. Quia quædã eſt potentia uegetatiua, quædam ſenſitiua, quædã intellectiua, & quæ ſit unaquæq; patet à Philoſopho ſecundo de anima. Principales ſignificatores primo uegetatiuæ, ſunt aſcendẽs Lunæ in Almuten aſcendẽtis, & planeta qui fuit in aſcendente, maximè ſi hic dignitatẽ aliquã habuerit, ac dñi triplicitatis aſcendentis, & locus qui fuerit electus Hyleg. Principales uero ſignificatores potentiæ ſenſitiuæ, ſunt Luna Almuten aſcendẽtis, & planeta qui fuerit in aſcendente, & luminare cuius fuerit auctoritas. Potentiæ uero intellectiuæ principales ſignificatores ſunt Mercurij Almuten aſcendẽtis, et Luna Et licet Ptolemæus et alij principaliter cõſiderauerunt locum Mercurij & locum Lunæ Conſiderãt locum Mercurij pro ratione & intellectu nati, & Lunã cõſiderant quantum ad cõplexionẽ & harmoniã, quã habet corpus ad animã, quoniã anima habendo debitas diſpoſitiones & inſtrumenta in corpore debite operati, & in ratione. Vnde ex intentione Ptolemæi fuit, ꝙ Luna ſignificaret has paſſiones corpis, & ſignificaret hilaritatem & agilitatem, & id ꝙ ſit obediens animæ, unde neceſſarium erit cõſiderare ipſam ad faciendum operationes potentiæ ſenſitiuæ, quia abſq; ſenſu mediate uel immediate, nõ poterit fieri intellectio in creatis. Ideo Ptolemæus cõſiderabat locum Lunæ & Mercurij cum ſciendi operatiuã intellectus nati. Videtur iuxta eius intentionem, ꝙ debes conſiderare aſcẽdens, ꝙ ſignificat corpus nati, & etiã Almuten aſcẽdentis, ꝙ ſignificat corpus & diſpoſitionẽ aĩæ nati, & ſecundum diſpoſitionẽ prædictarũ, et eorum locorũ de hoc poteſt Aſtrologꝰ de prædictis potentijs nati iudicare. Iſta quidem oĩa ſunt annexa, quia potentia intellectiua præſupponit ſenſitiuã, & potentia ſenſitiua præſupponit uegetatiuã Ideo in hoc paſſu nõ debes ſimpliciter iudicare, oportet te facere permixtionẽ planetarũ aſpicientium, & quæ fuerit corporaliter ſignificatoribus omnibus eſſe ipſorũ, et etiã ſecundum eſſe ipſorum in ſignis, & ſecundũ naturã ipſorum debes hoc idẽ uidere. unde cum uolueris de potentia intellectiua iudicare, debes conſiderare Mercurium, & eſſe eius & in quo ſigno ſit. Deinde cõſidera Almuten aſcendentis, quæ ſignificat corpus et animã, deinde cõſidera Lunã, quæ ſignificat corpus & eius diſpoſitiones conſiderando aſcendens, et inuenies Almuten loci Mercurij, & Almuten loci Lunæ, principaliter permiſcendo cum dicto Almuten, & maximam ſignificationem Almuten ipſius aſcendentis, et conſiderando ipſum aſcendens. Deinde debes uidere q̃ planeta corporaliter uel per aſpectũ habuerit

participationē cum dictis significatoribus cōsiderando loca significatorum ipsorū respectu Solis, & respectu situ in eorum epiciclis, & respectu situ in figura, uel in angulo, uel alibi, & utrū dicta signa sint & mobilia, rationabilia, uel alio modo, & in quibus terminis fuerit omniū per miscere augendo uel remittēdo significationes adinuicē, & reseruando p principales significatiōes Almuten loci Mercurij cum participatione, maxime Almuten ascendentis, Almuten loci Lunæ, remittendo significata, si cōtrariantur uel augentur, si similantur, uel adiunge significata participantium, si fuerit in pertinentia principalibus significatoribus potentiæ, & potētiæ omnia in loco suo. Et rogo amore mei, ne derelinquas Almuten ascēdētis, de quo Ptolemæus mentionē derelinquit in posterius, quia cōtinue ipsum inueni multum efficacē in hoc facto, secundum eius naturā, et eius statum in signo, & in loco signi, unde etiam significatores omnium prædicto rum in signis, ubi determinabitur de significatis eorum planetarū in signis, quod hic nolo ponere propter plixitatem sermonis. Cōsideratur etiā, quæ facies in ascendēte, & quæ ex formis ascēdit in ea, quia in appetitu nati multum erit circa illam formā, quæ in facie illa fuerit, quas formas in faciebus uidi. Vide etiam signatum signum ascendēs, & signum in quo fuerit Almuten ascēdentis maximè, quoniā si fuerint rationabilia, maximè in terminis Mercurij, quia significat natum associabilem, domesticum & totum humanum. Et si fuerint signa nominata nominibus animalium domesticorū, erit natus domesticus et nō sociabilis & amabilis ut primus. Et si dicta signa fuerint nominata nominibus animaliū nō domesticorū, natus erit solitarius nec amabit societates & cōuersatores, ut cū suis notis et consanguineis, erit tanq̄ homo forensis, & nunq̄ poterit fieri tantū circa ipsum, quin sit continue similis. Nec sis piger cōsiderare si dictus Almuten sit receptor, uel particeps cum alijs, qui cupit naturam ipsorum. Nota si uis scire appetitū nati, ꝙ debes uidere Venerem, & in quo signo sit, quia facit ꝙ natus delectetur in operationibus illius membri cōtinue subiecti isto signo in operationibꝰ quas significat dictum signum in q̄ fuerit. Nam si fuerit in Leone, qui præs dominij habet in corde, significat ꝙ natus continue erit philocaptus, & erit intensus amator, & proportionabiliter sic dices de alijs signis, hoc intellige si Venus in debita dispositiōe sit, quia si esset indisposita, illud corrumperetur et diminueretur secundum infortunium eius. Vide contra, si Mercurius sit in natiuitate alicuiꝰ, in aliqua domorū Saturni, in sua propria dispositione, & nō ab alijs uiciatus, quia significat, ꝙ natus esset optimi intellectus, et profundi cōsilij in rebus, & erit occulti animi. Vnde uidi cum natiuitatē alicuius inueniebāt Mercuriū in aliquo domorū Saturni bene dispositum, ponebant eorū filios ad discendum scientias & doctrinas Sed si fuerit infortunatus, diminuetur. Et oppositū iudicare secundum intensum & remissum in fortunium eius, & sic inueni per experientiā. Et si fuerit in aliqua domorum Martis, maxime in Ariete, significat ꝙ natus erit subiectæ nutritionis, et erit suspectuosus in omnibus factis suis, erit pfidus & crudelis, & stulticia abun

dabit. Et si fuerit in eius quarto aspectu in Ariete, iste non credet in Deum, erit homicida, proditor, & nō amabit aliquē, imò unumquenq; occideret & deprædaret. Considera q; in natiuitate uiri ambo luminaria, si fuerint in signis masculinis, maxime si fuerint orientales & supra terrā, quādo faciunt natū habere mores uiriles & annosus & in his, in quibus uir se debet intromittere, maximè si ascendens et dominus ascendentis fuerint in signis masculinis. Sed si fuerint pdicti in signis fœmininis, & in quartis fœmininis, et occidentalis, natus habebit mores fœmineos, et eius mores extenderint fœmina, et quasi pro nihilo nō poterit eius maculas retinere, imò de leui ut fœmina in lachrymas cōmouebit, et ecōtra dicas in natiuitatib9 mulierū &c.

QVando ascendens natiuitatis ac loca Mercurij, Lunæ, & Almuten locorum Mercurij, & Almuten loci Lunæ, & loci Almuten ascendentis fuerit signum mobile, maximè principalium significatorū, significat q; natus erit homo solicitus in factis Reipub. et ciuitatum, et castrorū & cæ. Et cogitabit ac loquetur multū in illis, et se multum intromittet in factis cōmunibus et populorū, et erit homo qui multū desiderabit famam & honorem, et q; homines dicāt bonum de ipso, et q; laudetur ab alijs, et intromittet se factis de minus, erit pij cordis, et multū appetet bona suis amicis, desiderabit iudicia Astronomica, erit acuti ingenij, totus ambulabit impolli citus, erit inuestigator rerū cum amicabilitate animi. Si uero aliqua dictorū significatorū fuerit in signis fixis, erit natus cōstantis propositi, firmus in opinionibus suis, ueridicus & infallax ac animi requieti, cōtentus de eo q; habet, erit intelligens et animo requiete, labores sustinebit, erit rigidus contra uicia, refrenādo malas uoluntates, tā suas q̄ aliorū, erit tamē inuidus et amator honoris, erit homo cōtentiosus, et habet in memoria gesta tā sua q̄ aliorum, parua uel magna, uilia et mobilia, et de ipsis, ut principaliū rationabitur, erit confidens in suo consilio, contumaci opinione, et erit nimis retētor inimicitiæ animi. Si dicta significatio fuerit in signo communi, erit natus mutabilis, conuertibilis et multiformis, et non erit homo qui potest cognoscere eius mores, nec suā intrinsecam ulumatā intētionem, ipse met nesciet, multum dolorosus, erit amator Musicæ, et nesciet quid ultimate faciet, quia credet facere unū, & facit reliquū, erit leuis propositi, et ipsum cito pœnitet eius q; facit, nō firmatur in re aliqua, erit q; diuersarum opinionū, et in eius animo uagabundo. Ergo significationes prædictorū signorū multum adiuuant augendo uel remittēdo, & separatim distinguendo respectu significatione. Adhuc sunt alia respectu significationum principalium, quæ augent et remittunt, ac tollunt significata dictorū significatorū principaliū. Vnde si tres superiores fuerint significatores intellectus, et fuerint orientales à Sole, et plus si fuerint orientales à domo ascendentis, uel fuerint in ascendente, uel in aliquo angulo principaliorū, uel fuerint in Almichera Solis, maxime de die Lunæ, maxime de nocte, quantum est ratione huius accidentis, dicti significatores faciunt animam nati liberalem & confidentem

multum in opiniōe,& habebit multū animū clarꝝ,iudicabit sua intentione
manifeste,unicuiq; tamē faciet cū discretiōe,et bono modo. Hoc intelligitꝰ,
si dicti significatores aliter fuerint fortunati. Si uero prædicti significato-
res superiores fuerint in statione prima,et fuerint fortunati & bene disposi-
ti,et fuerint in angulis,maximè in medio cœli,faciunt animā nati cōstantē
in eius proposito & intētiōe,et cum magna difficultate ab hoc mutabitur,
erit bonæ intelligentiæ, facit magnā apparentiā de suis factis,& monstra-
bit ut sit homo multæ cōditionis plusq; sit, et permanebit cōtentus compe
tenter de esse suo,et erit firmus & ueridicus. Et si dicti tres superiores dispo
sitores, fuerint retrogradi, & maximè in medio retrogradationis ipso-
rum, quæ est quando sunt in gradu opposito cū Sole,uel fuerint sub radi-
is Solis,nec sint in corde eius,faciet animā nati uolubilē à suis propositis,de
bilē in decursu,nec poterit sustinere labores,erit animo intollerās,nō potēs
aliquē sustinere,erit natus infortunatus,pusillanimus,in cōpulsibilitate uo
let aggredi magna,et erit piger,tardus,elicarius & incōstās, & si alicui asso
ciabitur,erit præter sui intentionē,et præter intentionē cui associabitur,hoc
dico si sint retrogradi,erit proditor,nec credet alicui de eo q; sibi dicetꝰ, erit
timidi cordis,cito fiat fessus, monstrabit audatiam uerbo, dicendo multa
ac iuuando, et quando erit in factis,nulla audacia nec uirtus reperietur in
ipso, et mobilis erit, et debilis in omnibus suis factis. Hæc est illa signifi-
catio,quæ refrenat et tollet omnē significationē ac fortitudinē planetæ,quā
significationē in omnibus planetis perpendere debes, non solum in tribus
superioribus sed etiā inferioribus. Sed si dicti significatores intellectus fue-
rint de superioribus,et fuerint in statione eorꝝ secūda,faciet animā nati me-
diocrem in omnibus significatoribus essentialiter significatorꝝ, et ista signi
ficatio adiuuat remittendo significata,sed nō tollendo.quantū est ex se. Sed
si fuerint directi,faciat animā nati mediocrē in omnibus significatoribus
uirilem,& sufficientē,intelligibilem. Et si Venus & Mercurius fuerint in sta
tione prima,& natiuitas fuerit diurna,uel fuerit in statione secunda,et fue-
rit nocturna,facit animā nati mediocrē,cum tres superiores fuerint in statio
ne secunda,et in angulo medij cœli sub terra, cum Venus & Mercurius re-
trogradantur intrans sub Sole radijs Et fuerit natiuitas diurna,uel Venus
& Mercurius fuerint directi,& intrauerint sub radijs,uel q; fuerit sub radijs
& natiuitas nocturna,faciet animā nati modicā bonā,et directā Si aliter fue
rint bene dispositi,et erit bonæ discretionis, et debilis memoriæ,erit anima
nati ociosa,nec amabit aliquo exercitari, nihil tamē,cum tota eius intentio
est in perquirendo res secretas et occultas, ut Nigromantia,consideratione
altissimarꝝ rerꝝ,Astrologicā,et scientia instrumētorū,et operꝝ mutabilium,
se delectabit in philosophia & phisica,et in scientijs sanctis,quæ sunt per [illegible]
los mores,delectabit se in turpi tractatione somniorꝝ, & multū perpendet
& acquiret auguriā,ut per uolatum auium & similes,et omnem rem [illegible]
tam & absconditam in negocijs uolet perquirere. Cumq; significa[illegible]
maxime principales intellectus,qui sunt domini loci Mercurij & [illegible]

& loci Lunæ fuerint in eorum dignitatibus, & in eorum angulis, & in locis conuenientibus, ut in locis diurni supra terrã, & nocturni sub terra in natiuitate diurna, ut masculini in signis masculis, & fœminini in signis fœmininis, & faciet animã nati eius apertam et fortem, & manifestã, absq; resistentia aliqua, et in eius operationibs quæ fuerint de natura dictorum significatorum, ita quod manifeste apparebunt operationes animæ, quas dabunt dicti planetæ, & in ipsis operationibus natus habebit famã, & prosperabitur ex his, et absq; timore et resistentia dictas operationes significatorum natus leuissime perpetrabit, nisi significatores aliter fuerint impediti, & hoc totũ sequeretur, maximè si unus & idẽ planeta fuerit dominus loci Mercurij, & loci Lunæ, quod intelligitur de planetis habẽtibus duo loca pro dominio. Quoniã si sic fuerit et dictus planeta fuerit in loco proprio et cõuenienti sibi, ut dictus est fortunatus et fortis, significat quod natus habebit famosissimas ac fortes operatiões animæ de natura illius planetæ, et operationes sensuum suæ erunt multũ conformes in ratione, et ipsas rationes animæ, habebit unicas et fortes ratione, quarum natus prosperabitur. Et licet sit continue aliquid quod obuiet dicto. Et dixit Ptolemæus. tñ natus iste minus habet de illo propter unitatẽ & cõformitatẽ significatoris sensitiue et intellectiue, quia est unus solus planeta. Sed si unus & idem planeta nõ fuerit dominus utriusq; loci, sed duo, sed si ipsi ambo habuerint cõuenientiã cũ Mercurio & Luna, uel saltẽ unus ipsorum, ita quod habeatur permixtio luminũ adinuicẽ, et fuerint in cõuenientibus locis et proprijs fortunati, significent natum habiturum operationes manifestas, et fortes secundum natura dictorum significatorum. Si uero dñi dicti loci Mercurij, et loci Lunæ, nõ fuerint in locis eorum proprijs cõuenientibus fortunati, ut dixi supra, imò fuerint in locis peregrinis et eis disconuenientibus, nec sit unus planeta dñs utriusq; loci. Et si fuerint in loco nõ conuenienti sibi et disproportionato, nec dñi dictorum locorum habuerint conuenientiã & permixtionẽ per corpus uel per aspectum cũ Mercurio & Luna, tũc natus talis habebit operationes dictorum dominorum diminutas et multas, et ratiõe dictarum operationũ natus prosperabitur, imò reputatur pauci ualoris in operatiõe & natura dictorum significatorũ. Et si dicti significatores fuerint in locis cõtrarijs, nec habuerint permixtionẽ cum Mercurio & Luna, et planeta cum quibus fuerint permixti, fuerint in eorũ locis contrarijs, cõsidera tũc planetã, qui fuerit in suo loco prospero & conuenienti, qui fuerit propinquior significatoribus dictis, ut dictis locis, tamen habeat permixtionẽ cũ eis, tũc natus disponitur secundũ naturã et posse illius planetæ, uel secundũ quod fuerit dispositus Mercurius aut Luna. Sed si oẽs dicti quinq; planetæ fuerint in locis proprijs et cõuenientibus eis, significat quod natus habebit operatiões aĩæ offuscatas, debiles, ac imperfectas, ex quibus natus nõ recipiet prosperitatẽ et utilitatẽ, sed dñi loci Mercurij, et loci Lunæ fuerint mali planetæ, uel fuerint infortunati, uel etiã fuerint permixti cũ malis planetis, et dicti mali planetæ fuerint eleuati supra ipsos, significat quod aĩa nati erit in eleuata de leui ad faciendum malũ alijs, et habebit magnã delectationẽ in faciẽdo malũ, et sine rogamine

conduci

conducitur ad illud, et operabit iniquitates et uiolentias cōtra eos, qui pos-
sunt minus eis, et conducere ad hoc absq; prohibitiōe et resistētia animi sui;
imò habebit pro bono et magna delectatiōe: quoniā unus sibi dicet, uade
ad faciendū tale malū, quia cū gaudio et libētissime ad illud uadit, & in hoc
opere gaudebit. Sed si dicti significatores fuerint boni planetæ, uel planetæ
q̄ fuerint cōiuncti cū eis fuerint boni eleuati supra ipsos, et ipsi fuerint cōpe-
tenter dispositi, natus gaudebit alijs benefacere, nec exinde sperabit aliq̄d ha
bere præmiū, sed solum bonitate sua hoc faciet, et de leui cōducitur ad bene
faciendū, erit tota eius intētio iusta, et diliget bonos et benefaciētes. Sed si di
cti significatores fuerint fortunæ, et in locis cōuenietib9 et ꝓprijs, et cū eis fu
erint cōiuncti infortunati, et mali planetæ, et supra ipsos eleuati, significat
ꝙ natus erit humilis, placabilis, iustus, bon9, totus pius, et hominum dile
ctiu9, unicuiq; cū placabilitate mōstrat magnā domesticitatē, nec alicui uult
obesse, imò oēs humilissime supportat, et ex isto uilipendet, et culpabitur
à gētibus, dicēdo ꝙ nulli9 est ualoris, ubi erit totus iust9 et bonus, et ex isto
faciēt ei hoīes uiolentiā, nec curabunt de ipso, imò auferēt ei bona, et ipsi triu-
mphabūtur uilipendēdo, et eius cōsilia uera ac iusta et bona, erūt uilipen
sa nec acceptabūtur, & si aliq̄d mali diceretur de ipso, de facili crederetur, ita
ꝙ talis natus reputabit nullius ualoris ac frustra in mūdo, ubi intentio eius
est iusta, mollis & inclinata omnibus benefacere. Cunq; enim uolueris scire
naturā nati intellectiuā an superet sensitiuā, uel ecōtra, considera Almuten
loci Mercurij, utrū fuerit fortunatus q̄ Almuten loci Lunæ, maximè si lo-
cus Mercurij fuerit male dispositus q̄ locus Lunæ, quoniā tūc natus uiuet se
cundū intellectū, nec etiā sequet uoluntates et solatia sensuū, sed fuerit econ
tra, tūc nat9 cōseq̄tur uoluptates et solatia sensuū et carnis appetitū, & secun
dū ꝙ sibi placebit appetibile inseq̄tur, nec in hoc desistere, ꝓcurabit, imò to-
ta eius intētio erit in his dedita. Si uero dn̄s loci Lunæ, et dn̄s loci Mercurij
fuerint cōiuncti, uide q̄s eleuat9 est supra alterū, et secūdū illū iudicabis præ
dominiū aīæ. Si uero dn̄s loci Lunæ, et dn̄s loci Mercurij fuerint in diuersis
signis æquepotētes, tūc uideas si aliq̄s ipsoꝝ fuerit in signo obediēte dispo-
nit potentiā animæ sibi subiectæ obedientē alteri potentiæ. Si uero sic non
fuerit, uideas quis ipsoꝝ fuerit in signo maiorū ascensionū q̄ alter, quoniā
ille assumet dominiū per potētiam animæ sibi subiectæ. Vnde uidebis in q
bus signis fuerint significatores, et in quibus domibus, et ꝑmisce operatiōes
illius stellæ cū significatoribus, cū operationibus signoꝝ & domoꝝ. Vt si
locus Mercurij fuerit in Ariete, et significatores in Scorpione, significat ꝙ
natus delectabitur in mendacijs, prodimentis, & deceptionibus, in illis re
bus maxime, quæ fuerint significatæ per domus, in quibus acciderit. Et isto
modo cōsimili dices in alijs signis, significata eiusdē signorū potes perpēde
re parte, ga eorū significatores sunt similes significatoribus domoꝝ suarꝫ.
Ideo hic nō ꝓlōgo sermonē, singulariter ponēdo significatores signoꝝ qa
per te ipsum poteris cōsiderare. Sed si significatores fuerint in signis, quæ si
gnificauerit, & actus dispositiōes et cōtrarias operatiōes dictoꝝ planetaꝝ,
tunc permisce

tunc præmissæ operationes signorum cum operationibus planetarum significatorum tali permixtione, quali permixtione permisceres operationes & actus domorum dictorum signorum cum principalibus significatoribus si sunt ad inuicem, associati, & habebis quæsitum, quantum notabis, si significatores fuerint corporaliter coniuncti cũ aliqua stellarum fixarum primæ uel secũdæ magnitudinis, uideas eius naturã, ac dictã stellã Saturni, Martis, uel alterius planetæ, & pmisce operationes illius stellæ cũ significatoribus, ac si essent permixti uel sociati significatores, cuius fuerit natura eiusdẽ stella. Et fortius, si uera cõiunctione sunt permixti, uel infra 10 minuta, et infra ijs in latitudine Et cõsimiliter perpẽde loca Mercurij & Lunæ cũ dictis stellis, maxime Mercuriũ, unde & si dicti significatores fuerint in gradibus punctalibus, quoniam significat quòd natus non potest exire in debitas operationes animæ, & ipsas executioni mandare, & erit sicut homo qui cogitat unum, & illud non perficiat, & nescit unde perueniat &c.

QVando Saturnus fuerit solus significator animæ, et fuerit dominus loci Mercurij, ac loci Lunæ, et fuerit in locis proprijs, fortunatus in angulo uel succedenti, dixit Ptolemæus, quòd natus amabit homines iustos, et habebit rigidum, tenax, ac profundũ consiliũ, nec aliquis poterit à consilio suo remoueri, imò semper uolet cõsequi suũ, desiderabit diuicias, et thesauros nimis, ibi supra se nũc ridebit, nunc erit tristis, erit aliqualiter inuidus, & aliquãdo ueritate nõ utetur, nec bene cõtinue seruabit promissa, paciẽter portabit dolores, celabit eius secreta, ac eius animũ portabit abscõsum, nec erit multũ sociabilis, nec cõuersatiuus, potius cõsiderabit solitudinem quàm societatem; et si erit cõuersatiuus, conuersabitur cũ hominibus ponderosis, senibus & antiquis, et rationabitur loqui de rebus laboris, ut fodere terras, uineas, & fossata; et delectabit loqui de rebus antiquis ac ponderosis, et his consimilibus, tanquàm homo ponderati cõsiliũ, desiderabit uestes obscuras & remissi coloris. Sed si fuerit Saturnus male dispositus, in loco nõ proprio accidenti, significat quòd natus erit inuidus, tristis, pusillanimus, solitarius, et ociosus, nõ desiderabit bene indui ac ornari, solũ confidebit in eius cõsilio et non in alio, imò quãdo unus uolet sibi dare consiliũ, habebit ipsum suspectũ, nec uolet dictum consiliũ, quia credet quòd uolet ipsum decipere, erit inuidus ac timidus, suspectuosus, et habebit pro tedio societatem hominũ, semper diliget tristicias, miserias, deceptiones, & inclinabitur imploratibus miserijs et laboribus, nõ diliget aliquẽ imò quẽlibet odio habebit, et nõ tantum procurat de alijs, nõ curabit de se ipso tanquàm bestia, et actus turpissimos in comedẽdo ac bibẽdo seruabit, mendax erit ac uilis, ac amicorum deceptor, non habebit de aliquo uerecũdiã. Sed si Saturnus fuerit mediocriter dispositus, serues temperatã modũ loquendi ad eius effectus: Et si declinauerit fecundũ eius est plus infortuniũ quàm ad fortuniũ, ita in dicendo proportionaliter iudicabis. Si uero Saturnus fuerit bene dispositus, ut dixi in principio et fuerit coniunctus corporaliter, uel per aspectum Ioui bene dispositio, uel

quia Iupiter fuerit unus de dominis loci Mercurij, uel Lunæ, dixit Ptolemæus, quod natus erit iustus, portabit reuerentiã senibus, erit totus religiosus, mansuetus, boni consilij ac bonæ opiniõis, ac auxiliator regni, & à dominis nobilibus dilectus, erit magnanimus, dilector amicorũ, intelligens, et se delectabit in philosophia, ac patiens et alijs subueniens, ac totus liberalis manebit. Sed si ambo fuerint infortunati, significat quod natus erit insensatus ac ignarus, intromittet se de fantasmatibus, uersabitur circa diabolica, cõmorabitur in oratorijs, monstrando hypocrisim, et morabitur in speluncis, & prædicet futura, nec cũ hominibus cõuersabitur, nec habebit amicos, et nullus habebit cõfidentiã in ipso, nõ diliget honorẽ, mala eligit, erit insipiens, amabit ploratus & tristicias, et erit malus ac debilis, & abhorrebit habere filios. Nota pro uno generali dicto, quod quãdo iudicaueris de anima per associationem planetarũ adinuicẽ, referas principatũ principalioris domini, uel qui fuerit fortior, & hoc non tam pro dictis quàm infra dicendis, uel secũ particeps in domo quod dixi. Quod si Saturnus significabitur spiritus eius, et fuerit bene dispositus, ut dictũ est, et fuerit cõiunctus corporaliter maximè, uel per aspectũ Marti, uel secũ particeps in dominio bene dispositio, consimili uel alicui stellæ primæ uel secundæ magnitudinis corporaliter sit coniũctus, infra terminos supius dictos, significat quod anima nati erit grossæ intelligentiæ, erit audax, subita uolens in omnibus uictoriã obtinere, retinebit inimicitias, et nunquàm alicui obediet, nec unquàm excusabit se de peccato quod fecit, ita erit pertinax in malicia, rudus absque aliqua pietate, & mittet se ad omne, et ubicunque fuerit intensus timor omnia uilipendet, erit seminator discordiarũ, et rixas amabit ac rixas ponir, erit proditor, & libenter faciet baratarias, plenus mẽdacijs, & portabit unã pessimã inuidiã, habebit odio Reges & Principes ac nobiles, erit toto rusticus, totusque iniquus, & nocebit hominibus, nec timebit de aliquo casu, de multis se intromittet, & nihil ad executionẽ mãdabit, festinus et subitus in factis suis, nec aliquid poterit tollerare, et his omnibus ralibus prosperabitur, delectabitur in hypocrisi, et uolet uideri bonus. Sed si ambo fuerint malè dispositi, et in locis cõtrarijs & disco uenientibus, significat quod natus erit homo desideratiuus rerum alienarum, deprædator, malendrinus, & spoliator in uijs, et uult uiuere ex omni lucro malo, non timebit Deum, nec aliquem sanctũ, erit blasphemator, nec amabit aliquem amicorum suorũ, et omniũ personarum deceptor, prodiror, fur, atque latro, erit siccarius et humani sanguinis interfector, deprædabit res quæ sunt in ecclesijs, imò ibit ad sepulturas, et extrahit corpora mortuorũ ut habeat uestes, adorabit dæmones, et hac de causa se in Nigromantia delectabit, cõmittet incestus & adulteria, nec aliquid somniabit nec cogitabit nisi hominibus nocere, & omne malũ et omnis iniquitas solatia sibi uidebũtur, & ludit, imò gaudebit omni iniquitate, omni malicia quæ excogitari posset, ita quod talis natus erit pessimus in obstinate. Et si unus eorum fuerit benè dispositus et alter infortunatus, augebit maliciã primi significati, et remittit maliciã secũdi significati, et sic, pportionaliter iudicabis.

K Cum

Cum Saturnus fuerit dispositor animæ fortunatus, ut dixi, coniūctus fuerit Veneri fortunatæ, uel quia fuerit domina unius prædictorꝶ locorū, significat ꝙ natus erit inuidus absq; gaudio & solacio, & in eius consilio con fidēs, homine non diliget, habebit occultū animū in se, habebit in reuerētia Deum, & amabit occulta secreta legis, dicet futura ex corde suo, erit uerecundus ac pacificus, dilector scientiæ, fidelis, & se ab immundicia abstinebit, & erit zelotypus in mulieribus. Si ambo fuerint infortunati, significat ꝙ natus erit fornicator turpissimus, & omnem actū luxuriæ contra legem & naturæ regulam exercebit, erit sodomita, potius diligens agere hoc cū senibus & turpibus ꝙ cū pulchribus, fornicabit cū suis consanguineis, et ab ipsis erit deceptus, erit miser, et adulteria cōmittēs, et omnē actū luxuriæ enormem amabit, et potius desiderabit fœminas turpes ꝙ formosas, et aliquando desiderabit fornicare cū bestiis et antiqs mulieribus, nō habebit in reuerentia Deum, uilipendet ecclesias & facta Dei, & se impediet in Nigromanticis, erit maledictor personarꝶ, et de ipsis trufator. Saturnꝰ dispositor animæ fortunatus cōiunctus Mercurio fortunato, uel qa Mercurius fuerit dominus unius locorꝶ dictorꝶ, natus erit subtilis et acuti intellectus, perquisitor, inuestigator rerꝶ subtiliū, et ipsis multū delectabitur, perquiret leges & Chronicas, ac gesta, erit Sophista, et omnes subtilitates conabit, maxime in quibus est difficultas immensa, amabit Medicinā, et in talibus omnibus prosperabitur. Si ambo fuerint infortunati, natus erit tristis, inuidus, ac deceptor, ac latro, et eum sui consanguinei habebunt abominatorem, erit solitarius, et faciet incantationes dæmonum, et res diabolicas cōtinue perquiret.

Iupiter fortunatus solus dispositor animæ nati, et dominus loci Mercurii, ac Lunæ, faciet natū honestū, bonum, pium, mansuetū, amatorē uirtutis, dilectorē nobilitatis, magnanimū, cultorē Dei, omnis uirtutis dilectorem, in nobilibus & bonis personis acquiret amicos, et ipsos diliget, ac manutenebit, et ipsi diligent ipsum, cogitabit cōtinue in bonis operibus operare, erit tacitus & quietus, et aliquādo solitarius, ut possit cogitari & operare in bonis operibus, et dicet et faciet facta bona, erit curialis ac ornatæ & honestæ et hilaris apparētiæ. Sed si fuerit infortunatus, habebit natus mores similes moribus supradictis, multo tamē remissiores, quia loco magnanimitatis, dices ꝙ erit superbus: et loco curialitatis, dices ꝙ erit prodigus: et loco seruicij, dices ꝙ habebit unā credulitatem falsam in factis suis: loco nobilitatis, ꝙ uilipēdet homines: et in loco mansueti, dices ꝙ erit timidus: et loco faciendi bonū, dices ꝙ faciet bonū in malis locis, & sic ibis remittendo et descendendo omnes actus optimos supradictos. Et si Iupiter bene dispositus dominus animæ Marti fuerit cōiunctus fortunato per corpus uel ꝑ aspectū, uel qa Mars fuerit particeps in locis, à quibus quæritur dispositor animæ, significat ꝙ natus erit sapiens & bonus consul in armis & guerris, & inde habebit magnā famam, & reputabitur iustus ac directus armiger, erit bellicosus & audax, & erit dominꝰ armigerorū cōsilio & animositate,

& potius cõſilio et iuſto more faciet ſe dominum, nec ulli humiliabitur, nec obediet, erit iracundus et uindictarũ deſiderator. & alios uolet uincere & ſuparare, erit magnæ ſupbiæ, et nimis amator honoris, prodig9 & magnanimus, et faciet magna facta, certificat ſe in reb9 ſecuræ, deſiderabit et placita, et erit bon9 rerũ cognitor, et pcipiet multa et phibebit, & ſibi oĩa ad pſperitatem ſuccedũt. Si ambo fuerint infortunati, natus erit hypocrita, blaſphemator, non habens uerecundiã, nullũ eſſe tenebit celatum, & nullũ ſecretũ tenebit, imò reuelabit, appreciabit ſe iuſte, & nulli uolet obedire, erit deprædator et latro, loquax ac inſtabilis, ac infidelis, uilis, et ipſum ſubito pœnitebit, erit diſſipator, et nullũ ſeruitiũ ſibi factũ habebit gratũ, erit pauci ſenſus in factis, mendax, ſuperbus, nulliusq; noticiæ ac conſilij, ſeminator diſcordiarũ et inuerecundus, nemini parcens, erit permutabilis in omnibus factis ſuis. Si Iupiter fortunatus, ut dictum eſt, diſpoſitor ſupradictus fuerit aſſociatus Veneri fortunatæ, ſignificat q natus erit hilaris, & amans iocos & cantus, erit pius & ſani cordis, erit nitidus, et nitiditatẽ amabit et pulchritudinẽ, cõtentabitur de rebus benefactis et bonis moribus, erit bonæ uolũtatis, erit manſuetus, et gratũ habebit q ei fiat de bono, amabit Deum cũ bona lege, et cũ bona credulitate, deſiderabit mulieres, et tamen cũ honeſtate, amabit uidere libros et in ipſis legere, et eius conſanguineos diliget, & iuſticiam, ac ornatum et honores, et omnia facta eius erunt cũ iuſticia & probitate. Si ambo fuerint infortunati, erit nat9 uicioſæ uitæ, nec habebit animũ, ſed erit effœminati ſpirit9, et eius ira ſicut ira fœminæ, et in ira ſubitus pertinacis intentiõis erit, et erit multũ philocaptus, et ultra modũ prodigus, libidinoſus, amabit ornatus capillorũ, ſe ipſum extollet, habebit diſcretionẽ fœmineam, et gaudebit ſe monſtrare de bonis moribus hominibus, et delectabit ſe in rebus eccleſiaſticis, erit tamẽ fidelis, erit occultator in ſuis negocijs, cõmendabilis et liberalis in omnibus ſuis factis, uoluntatẽ habebit aſſociandi ſe, dolebit et habebit ſolicitudinẽ magnã de parua re facta et malafacta, et intromittet ſe iudicare et conſulere in rebus cõuenientibus, et maximè in negocijs mulierum, uel in delectatiõibus rerũ eccleſiaſticarũ, ſecundũ q unus fuerit magis prædominans q̃ alter, ita proportionaliter prædominiũ ſignificato attribues. Nam ſi Iupiter fuerit minus debilis q̃ Venus, ſignificata Veneris à prædominio optime optinebit, et ſic econtra de Ioue, et hoc proportionaliter habet in omnibus planetis, aſſociãtibus ſe in aliquo negocio continue ſeruando dominium fortioris exiſtente æqualitate dominij.

Iupiter diſpoſitor animæ fortunatus aſſociatus Mercurio fortunato, ſignificat q nat9 multũ delectabit ſe aſſidue ſtudere in libris Geometriæ, erit Arithmeticus, Logicus, Philoſophus, et in quadruuio doctus, uerſificator, prædicator, legis ſermocinator, erit acuti ingenij, manſuetus, habebit bonũ conſiliũ pro ſe et pro alijs, erit bonorũ morũ, et benefaciet alijs, amabit gentes, et ab ipſis dilectus, erit amator conſanguineorũ, erit bonæ credulitatis, erit boni regiminis uel Medicus Regis, amabit Deum, amator ſcientiarum & laudis, erit fortunatus in ſuis factis, totus ſubtilis intelligẽtiæ, morigerat9

& homo diuiciarũ et rationũ bonæ indolis. Quod si ambo fuerit infortuna ti, erit miser et uilipensus, loquax multũ, se nolet adhærere rebus diuinis, credit se esse sapientem, et erit fatuus et trufator, et multos recipiet errores, erit superbus, faciet se seruũ, erit uerbosus, subitus, impetuosus, dicet suam uoluntatem, et nescit ipsam cælare, erit releuator nouorum, erit bonæ me moriæ, et forsan erit magister puerorum.

MArs fortunatus solus dispositor animæ nati, si fuerit dominus loci Mercurij ac Lunæ, erit natus audax & potens, fortissimus et iracun dus, & continue appetet arma, auctor bellorum & guerrarum, ani mosus, et pericula mortis inuadet absq; timore, nullũ timebit, nulli se humi liabit, prię erit in bello & in rixis, et confidebit nimiũ in suis uiribus, erit a nimosus et destructor regũ, omnia uilipendet, hominibus uiolentiam faci et, erit homo regiminis maximè capitaneus armorũ, et amabit litigare, fa cere prælia, reuoluere rixas, in omnibus factis armorũ acutus, erit semper iratus, tamẽ erit morigeratus, & in his omnibus fortunatus. Quod si Mars fuerit dispositor animæ, et fuerit infortunatus, erit effusor humani sangui nis, omni modo amabit rixas et discordias, infert tædia gentibus, erit blas phemator, deprædator, crudelis, stultus et superbus, consumptor rerũ, ma lefaciet, erit inordinatus, odit cõsanguineos suos, erit inuerecũdus, garrulus & uociferator, malendrinus, incõstans, nec cognoscet Deũ, sed totus diabo licus et malefactor, & oĩa illi succedent ad malũ. Si Mars dispositor spiritę fuerit, et fortunatus et associatę Veneri fortunatæ, natus amabit suos socios, amabit solatia et tripudia, et iocos morigeratos, erit parcus et quietus, uere cundus & sapiens, habebit appetitũ coeundi, comedendi cũ uiris & mulieri bus, zelotypus et leuis, et non deceptor amicorũ, cũ placabilitate uolet habe re solatiosam et iocundã uitã, etiã aget cũ mulieribus cõtra regulã naturæ, erit tamen bonæ discretionis, subitæ iræ et bonæ credulitatis. Sed si ambo fuerint infortunati, natus erit superflui coitus, mendax, proditor, omnes de cipiet, blasphemator, erit subitæ uoluntatis, committet adulteria et ince stus cum uirginibus et coniugatis, impetuosus, et erit astutus in deceptioni bus, & omnes uilipendet, subito uolet complere suas uoluptates, & omnes fornicationes inhonestas permittet, erit permutabilis in suis negocijs.

Mars dispositor et fortunatus, ut dixi, associatus Mercurio fortunato, na tus erit homo capitaneus armorũ, rector exercitus, et subtilis in armis, et p spicax, erit subitus, inconstans, proditor, malefaciens, habebit hypocrisim, deceptores amabit, rixas et ipse suscitabit, diliget illos qui faciunt consimi liter sicut ipse, tamẽ auxiliabitur suis amicis & inimicis nocebit, erit eloquẽs & subtilis in malignitatibę, et in omnibus his prosperabitur. Sed si ambo fuerint infortunati, natus erit mendax et fur, dissipator & deceptor in dan do et recipiendo, faciet sacramẽta falsa, Deum non cognoscet, amator rixa rum, erit homo magni clamoris, proditor, malendrinus, et hominum inter fector, erit dissipator, nulli obediet, fatuę & iniquus, & habebit hypocrisim

faciet

faciet incantationes dæmonum, et suorum negociorum cito pœnitebit, & uolet uideri sapiens, tñ erit fatuus, & erit homo diuersæ consolatiōis & esse

VEnus sola dispōnēs pro anima nati si fortunata fuerit et domina loci Mercurij ac loci Lunæ, faciet animam nati totam hilarem & solatiosam, & desiderantem cantus et tripudia, erit natus quietus, parcus, amabilis, Deum habebit in reuerentia, et benefaciet alijs, & erit iustus, pacificus et bonæ discretionis, amabit iucūditatem & ornamēta, habebit bona somnia et ueridica, et subtili operis et artificis, diliget mulieres, & quasi tota eius intētio erit in negocijs mulierum, faciet se diligi ab omnibus, et erit zelotypus. Sed si fuerit infortunata, dixit Ptolemæus, ꝙ natus nullius erit animositatis, nullius noticiæ, parui nominis, procus, piger, & eius opera erunt muliebria, et ipse totus muliebris et uagabundus, & uilipensus, malæ famæ, et multum zelotypus, et faciet omnia sua opera similia operibus mulierū. Quòd si Venus fuerit dña animæ fortunata, associato Mercurio fortunato, nat9 erit boni intellectus, diligēs Musicā, sonos & cātus, & in ipsis speculat̃, et erit homo hilaris, bonæ fidei, dilector amicorum, recte procedit in suis factis, et erit bonæ æstimationis, amabit scire, et postquam sciuerit, meliorabitur in illo uigore suæ æstimatiōis, loquetur multum pulchre ac blande, et cum alacritate eius uerba proferet, erit magnanimi animi, tamen erit sodomita, et potius desiderans pueros quàm mulieres. amabit eq̄s & bonæ erit fidei, et erit homo zelotypus. Quod si ambo fuerint infortunati, natus erit astutus in malitia et deceptor, et benignus dicens modo unam rem tibi, et eandem rem per oppositum dicet mihi, erit mendax, deceptor amicorū, inconstans, delectabit se multum decipiendo fœminas, et erit sodomita magnus, auctor mali tam in loquendo quàm in agendo, & uolet multa facere, et de multis se intromittere, et forsan non proficiet, et erit homo quasi clamans pro nihilo, mali consilij, faciet sacramenta falsa, proditor, alios uituperans, et erit duplicis faciei, unum habens in corde, et aliud monstrat in facie, & dat consilium cum prodimento persuadere amico oppositum quàm debet, ad sui utilitatem protractando.

QVando Mercurius fuerit solus dispositor animæ nati, & fuerit dominus Lunæ, et dominus sui loci, nec alicui stellæ permixtus, nisi fuerit stella fixa et de natura sua, quàm in eius signum fortius erit, maxime si dicta stella fuerit de prima uel secunda magnitudine, quoniam si fuerit fortunatus, coniunctus dictæ stellæ fixæ, quæ sit simpliciter de natura Mercurij, quoniā tūc per excellentiā & famā magnā potens Mercurij significatū pernoscitur, unde consideratur hoc non solum in Mercurio, sed in omnibus alijs significationibus supradictis. Quia quando sunt coniuncti taliter alicui stellæ fixæ primæ uel secundæ magnitudinis de natura simplici significationis animæ, significatum significatoris intenditur ultra duplum, & sic p excellentiam et famā magnam poteris significatum prædictum notificare.

Intellige maximè de coniunctione quæ fit in eodem puncto tam in longitudine quàm in latitudine, uel saltem infra 10 minuta in longitudine, & 16 in latitudine, quia erit fortis, nil proportionaliter dices quod fuerint in eodē gradu infra 10 minuta. Quāto em̄ uicinior cōiunctiōi fuerit, tāto ueracius poteris iudicare. Et si solū esset cōiunctio longitudinis & nō latitudinis, non iudicabis ita excellēter dictum significatum, & hoc in tua discretione permaneat. Iterum nota, quod si significator aliquis spiritus fuerit coniunctus cum aliqua stella fixa, quæ sit de natura alicuius alterius planetæ, tu debes permiscere significata significatoris illius planetæ, & eius naturæ quæ fuerit dicta stella. Vnde cū Mercurius, ut dixi, fuerit solus significator animæ, ut dixi, fortunatus, facit natū acuti intellectus & optimi ingenij, bonæ memoriæ, & imaginatiōis subtilissimæ, et opiniōis profundæ, delectabit se in quadruuijs scientijs, et in Logica, Geometria, Arithmetica, & Philosophia, et subtilis erit in Astronomia, et erit Doctor harū scientiarū et in ipsis excellens, et erit rimator secretorum naturæ, bonæ deliberationis, erit uersificator, & alijs bene faciet, facile credet, & erit seruator optimus secretorū, bene retinebit gesta & facta aliorum, et erit dilector mercimoniorum, erit dominabilis & acutus, & uult ostendere de se alijs pluśquàm scit, & quod nō est, et in his omnibus prosperabitur. Si uero Mercurius fuerit solus dispositor animæ, et fuerit infortunatus, significat quod natus erit mutabilis in opinione cito, & tunc uertetur ad unū et nunc ad oppositū, faciet mendacia & fallacias, erit ignorās, erit loquax, tamen inane & insane, non credet in Deum, nec sibi obediet, & libēter decipiet, et nulli seruabit iusticiam, uult solum sequi suum consilium & uoluntatem, & conabitur facere quod alij credāt illud quod ipsemet nō credit, erit totus fraudulentus & stultus.

Ptolemæus uoluit quod Sol & Luna potuerunt esse sibi dispositores animæ nati, non per coniunctionē uel per aspectum cū malis stellis, quæ fuerint dispositores animæ, quoniam uoluit quod Sol & Luna nō significarent animam sed solum corpus, unde uoluit, quod ipsi augerent & remitterēt significata stellarum prædominantium animæ secundū proprietatē quā habent cū anima, ut infra scribetur. Vnde si Luna fuerit in Capite uel Cauda draconis, iuuat natum habere intellectū acutū, & quod cito uolet sua negocia expedire, ita quod erit festinus multū. Et quando habuerit maximā latitudinē, & in septentrione uel in meridie, iuuat animam nati esse multum uariabilē apparentem, et faciet quod subito mutabitur de proposito, et isti sunt tales, qui Lunatici appellantur à uulgaribus. Si uero existit de sub radijs Solis aucta lumine, iuuat animā habere dispositiōes aptas et bonas, potentes, & necessarias & manifestas. Si uero Luna fuerit sub radijs, iuuat animā habere occultas operationes & celatas, nec erunt aptæ, nec ita fortes, ut ita fortiter contingāt, operabiť. Intelligas quando fuerit diminuta lumine, quantū uoluit Ptolemæus, quod cum Luna associatur stellæ habente prædominiū in anima, & fuerit fortunatus tam essentialiter quàm accidentaliter, iuuat animā nati

habere

habere operationes magis directas fideliores, & cũ maiore curialitate, magnanimitate, et potentia, & bonæ religiositatis. Sed si fuerit infortunatus, significat oppositum omnium quæ dicta sunt, nam iuuat animã nati habere operationes stultas & uilipensas, laboriosas, & uolet credere suo cõsilio et non alterius, et non erit bonæ rectitudinis. Nec pono hic sicut dixi superius significatũ Solis & Lunæ, nec aliorũ significatorũ in omnibus signis quid significent, quia pono unũ capitulum de per se, de consistentia planetarũ in unoquoq; signo. Mihi enim uidetur extraneum, ꝙ Ptolemæus luminaria posse esse speciales dispositores formæ corporis, et etiã dispositores animæ, & eius ratione multum est, quia luminaria iure sunt illa, maximè Sol, per quæ consistit post Deum uita uiuentium. Sol est ille qui influit uirtutem, magis proportionalẽ animæ tam uegetatiuæ, ꝗ̃ sensitiuæ & intellectiuæ. Vnde si locus Mercurij & locus Lunæ fuerint in signo Leonis, nec fuerint alijs permixti, nescio uidere modum, quare Sol non sit specialis dominus animæ, cũ habeat influxum et uirtutem pro dispositionibus animæ excellentem super influxu Saturni, q potius de per se destruit animæ dispositiones ꝗ̃ conseruat. Et cõsimiliter intelligi potest de Luna, unde si quis perpendere uoluerit per experientiã, inueniet ꝙ Sol & Luna possunt esse speciales dispositores animæ, ac fortunæ corporis, sed stultũ est præ alijs uni credere absq; demõstratione, ut in elementis uoluit Galenus. Consideres igitur uirtutes animarum quas tribuunt luminaria, et hoc ex introductorio, & facies consimilem fractionem et declarationem ipsarum in hoc facto, sicut proportionaliter fecisti de alijs supradictis. Nota ꝙ per experientiã adinueni, ꝙ Almuten prædictorũ locorum nõ possunt dare perfectũ iudiciũ pro dispositione animæ remota dispositiõe Almuren ascendentis, quia sicut dixi superius, ipse est q magnũ posse habet in hoc facto. Vnde in natiuitate serenissimi Imperatoris Caroli Regis Bohemiæ, uidi ꝙ Almuren loci Mercurij ac loci Lunæ erant male dispositi in 12 domo, et sub radijs Solis, et Mercurius erat male dispositus, tamen fuit homo subtilis & magnanimi intellectus, et hoc fuit uirtute Almuten ascendentis bene dispositi. Etiam uidi in natiuitate magnifici & excelsi domini Francisci filij dñi Ludouici dñi Mantuæ, q habuit Almutẽ loci Mercurij & loci Lunæ male dispositos, et Mercuriũ peregrinũ, retrogradũ, tamẽ quia Venus erat Almutẽ ascendẽtis in signo Geminorũ, & in angulo terræ recepto à Mercurio ex sextili, unde dictus dñs ratiõe Almuten ascendẽtis cũ tali dispositione est optimi intellectus speculatiui, et maximæ memoriæ, et bene figurat & bene opinat. Et in natiuitate cuiusdã temerarij proditoris cõtra magnificũ dñm meum, quẽ dñs iustifice fecit mori, adinueni Almutẽ ascẽdẽtis Lunã, p quã uidi formã corporis ipsius specialiter, ꝗ̃d uoluit Ptolemæus, & ascẽdẽs erat Cancer & Luna in 6. Geminorũ in domo, et ibat ad terminũ Mercurij, q erat in aliꝗ̃ sub radijs, et Almutẽ eius Saturnꝰ in Libra in sexta eius exaltatiõe directus et bene dispositus, iudicaui natũ ipsum esse, psu: di cõsilij, nec ualuit sibi receptio Lunæ à Mercurio, qa Mercurius erat multũ infortũatꝰ, unde iudicaui ꝙ Almutẽ ascẽdẽtis tã in spiritu ꝗ̃ in forma

in forma corporis, optinuit principatum quod uoluit Ptolemæus, & hanc natiuitatem importauit dominus prædictus post tres annos à morte ipsius me ignorãte, cuius erat natiuitas, nisi ꝙ mihi dictũ fuit, ꝙ erat natiuitas popularis sui ciuis, & ego iudicaui tam in forma corporis quàm in anima ipsius & mortem, & inueni ueritatem præcisam omniũ, et multi mirabantur, & non solum in his, sed etiam in multis natiuitatibus per experientiam ad inueni, ꝙ luminaria possunt esse singularis dispositionis spiritus ac formæ corporis, ac etiam Almuten ascendentis potest esse de principalibus in factis animæ.

Cap. x. De substantia, diuitijs, paupertate, ac miserijs nati.

Annotat. Io. de Regiomõte.

In hoc cap. de diuitijs, paupertate & miseria, promittit se tria dicturum. Primo, si natus debet habere diuitias uel paupertatem. Secundo, quando natus habebit, & quando sub intensiori gradu. Tertio, per quem modum an iuste uel iniuste. Magister principaliter considerat signum secundæ domus, licet Ptolemæus partem fortunæ considerauerit & dominum eius. Nam si dominus secundæ erit infortuna, non dabit diuitias. Item considerat Iouem, an sit corporaliter in domo aut per radium, aut aliqua stella fixa de natura Iouis. Deinde si Almuten secundæ domus et pars fortunæ cum eius Almuten fuerint bene disposita, natus habebit immensas diuitias. Considera partem fortunæ in quã domum ceciderit, nam de significato illius domus habebit natus diuitias, si saltem promittit diuitias. Si Luna fuerit in corde Solis, natus habebit de leui immensas diuitias, Erit enim pars fortunæ in ascendente, nisi mala dispositio Almuten partis fortunæ prohibeat. Deinde considerat partem substantiæ & eius Almuten. Deinde per Iouem & dominos triplicitatis secundæ domus, & tandem dominos triplicitatis loci luminaris, eius est auctoritas Monet considerari originem nati, nam constellatio quæ filio mercatoris donat diuitias remissas, filio sutoris uel hominis ociosi nullas daret, & hoc prouenit propter diuersitatem passorum. Item si dominus ascendentis fuerit dominus quartæ, et fuerit bene dispositus, significat nato diuitias, & quód thesaurisabit. De diuitijs non est complendum iudicium, donec uideatur significatum decimæ domus, nam & illa propter significationem magisteriorum potest dare diuitias uel paupertatem. Considera etiam de triplicitate ascendentis.

Diuitiæ, paupertates, & miseriæ natorum, perscrutatus fueris à sapientibus diuerso modo, q̃d eorum materiam perscrutari fibrpsis contrarientur, sed quia unus ex antiquis inuenit, ꝙ diuitiæ natorum prouenie bant ab una parte cœli, alter experiebat diuicias euenire ab altera parte cœli, & sic de alijs. Hoc non erat inconueniens, ꝙ sunt multa loca cœli, quæ possunt nato inferre diuicias. Vnde si omnes dominatores diuiciarum in figura simul, & solum significarent diuicias nato, & essent bene dispositi, natus

natus habebit diuitias immẽsas. Et si essent male dispositi & infortunati, & reliqui significatores diuitiarum sint bene dispositi, tunc natus habebit diuicias ratione significatorũ bene dispositorũ, et habebit diuitias magnas uel paruas, secundũ ꝙ dicti significatores bene dispositi fuerint principaliores uel minus principaliores, & secundũ gradũ bonæ dispositionis ipsorũ. Et sic per ordinem, ut patebit inferius, et tunc debes uidere dispositionẽ significatorum diuiciarũ, & nato iudicabis diuicias uel miserias secundũ ipsos. Ptolemæus uero solum considerauit partem fortunæ & eius dominatores stellas, permiscendo influxus stellarum participantiũ cum eis, uel super eas eleuatorũ, et secundum dispositionẽ dominatorũ stellarũ significantiũ bona uel mala, iudicabat de diuicijs nati. Aboali uero multũ considerauit dominos triplicitatis luminaris, cuius fuit auctoritas temporis natiuitatis diurnæ uel nocturnæ, et secundũ dispositionem illorũ dominorũ triplicitatis prædictorꝝ, ita de diuicijs iudicabat maxime in ista parte tẽporis, quæ significata fuerit per dñm ipsius triplicitatis melius dispositis, & in isto posuit exempla multa ac experimenta multa sua. Omar uero Tyberiadis considerauit secundũ partẽ fortũæ, partẽ substãtiæ, locũ Iouis, & planetas existentes in secunda domo, oẽs dños prædictorꝝ omniũ locorꝝ, & inueniebat Almuten uerꝝ, & secundum dispositionẽ ipsius uel ipsorꝝ, ut si plures fuerint bonã uel malã, ita nato bonã uel malã cõditionẽ diuitiarꝝ iudicabat. Haly Abenragel cõfuse tetigit multos modos antiquorꝝ, nec posuit ordinẽ tenendum in perquirendo de diuicijs nati, sed multũ adhæsit, ꝙ dominus triplicitatis secundæ domus esset principalis significator diuiciarꝝ. Qui modi nostrũ sapientũ recitati à nostris sapientibus à me hic positi sunt cũ breuitate, nec sunt eorũ sententiæ hic extẽsæ, quia appeto esse breuiloquus, et qui uoluerint eorũ opiniões uidere melius, inquirãt in dictis ipsorũ, quia uidebit dictorũ nostrorꝝ sentẽtias planas, hic solũ intendo ponere modũ, qui mihi magis expertus et conuenientior, et magis ordinatus uidetur, nec à uerorum semita cũ contrarietate discedã. Vnde primo considerabo, si natus debet habere diuicias, uel paupertatẽ, uel miseriam. In secundo capitulo uidebo quando debet habere dictas dispositiones diuiciarũ, & in quo tempore sub intensiori gradu debet habere, & sic intelligas de opposito ad diuicias. In tertio uero uidebo per quem modũ natus debet acquirere dictas diuicias, utrum iuste uel iniuste. Et licet Ptolemæus et maxima pars ipsum insequentium, principaliorem significatorem diuiciarum consideret partem fortunæ ac eius Almuten, quia pars fortunæ erit secundum ascendens natiuitatis, quia ascendens natiuitatis significabat corpus nati, pars fortunæ significabat corpus et principaliter fortunam nati. Ego uero insequens experientiam primum considero secundam domum, & uideo si est signum boni uel mali planetæ essentialiter, quia significat infortunium, uel fortunam & diuicias magnas nato. Hoc perspecto uideas si corpora fortunarum maximè corpus Iouis bene dispositi corporaliter fuerint in gradu secundæ domus, uel tantum prope per corpus, quòd irradiat dictum

L gra-

gradum secundæ domus immediate orbis sui luminis, uel fuerit corporaliter in eodē gradu aliqua stella fixa primæ uel secundæ magnitudinis, de natura simplici fortunarū, maximè de natura Iouis, unde si sic fuerit, ꝙ illa fortuna fuerit in loco dicto bene disposito, statim poteris iudicare nato diuicias stāte quacūꝗ alia dispositione Almuten secundæ. Si cū dicta dispositione bona Almuten secūdæ domus fuerit bene dispositꝰ, ac ps fortunæ, ac Almuten eius fuerit fortuna et recepti, et multis planetis pmixti, significat ꝙ natus habebit multas ac immensas diuicias, multis ac diuersis ptibus, & multis diuersis locis et modis. Sed si in gradu secūdæ domus fuerit infortūa per corpus, maxiē uel ex corpe dictū locū irradiauerit, significat ꝙ natus nō poterit habere diuicias, stāte quacūꝗ bonæ dispositiōe Almuten secūdæ, nisi ps fortunæ, ac eius dñs hoc, plꝰ buerit p eorū dispositionē bonā. sed quomodocūꝗ scias ꝙ stāte hac dispositiōe natus nō poterit habere immēsas diuicias. Si uero in secūda domo non fuerit fortuna uel infortuna, uideas Almuten eius si fuerit fortuna, et fortis in figura, et maxiē fortunatus, receptꝰ, multis planetis ben euola pmixtus, et gradus secundæ fuerit fortunatus, significat ꝙ natus habebit magnas diuicias, multis modis et multis locis stante quacūꝗ alia dispositiōe, nō est cura. Potest significare diuicias nato p secūdā domū, et eiꝰ dñm, ꝙ fuerūt infortunati & male dispositi, ꝗa infortunūi & mala dispositio significatoris nō potest dare diuicias, nec bonū, sed miserias, tūc uideas ptē fortunæ ac eiꝰ Almuten. Et si fuerit in loco fortunato, & eius dñs fortunatus, et fortis tā essentaliter ꝙ accidētaliter, poteris nato iudicare diuicias magnas, et ipsarꝫ bonū esse in eis, stāte q̄cūꝗ dispositiōe, sumpta à secūda domo Et ut melius intelligas processum huius capituli, capias tale exemplū, ꝙ erit aliquādo homo, ꝗ debebit ditari, et habere bonū à suis parentibus et cōsanguineis, et stat ꝙ eius pater nō derelinquit sibi diuicias, nec aliq̄d bonū faciat Cōsiderabit uero ꝙ eius filius sit paup, & mendicꝰ & in sua morte nō dereliquit sibi aliquod bonū, et tamē stat ꝙ filius iste habeat unū suum patruū, uel auunculū, uel matrem, uel alium consanguineum, uel amicū, qui dereliquit bonū sibi, uel bonū faciet sibi, dando uel com præstando, uel alio modo, ꝙ diues erit absꝗ id, ut sibi ueniat à loco à quó solet alijs plurimū euenire, uidelicet à parētibus, et ab illis filijs pdictis absꝗ hæreditate et diuicijs alterius, sed suo sudore et industria ꝓcurabit et acqret ac dictas obtinebit diuicias Ita simile est de prædictis, et dicēdis, & significatore diuiciarꝫ, ꝗa si per secūdā domū natus nō habebit diuicias, imò significabit sibi paupꝰtatē, tūc p parte fortūæ, et eius dñm, poterit natꝰ habere diuicias. Et si p ptē fortunæ nō poterit habere, forsan alij significatores sibi donabūt bonū & diuicias. Quia nos uidemꝰ in mūdo magnā diuersitatē in facto diuiciarꝫ, quia sunt multi diuites, aliqui mediocres, alij pauperes, & aliꝗ mendicantes, et hoc est prnes diuersitatē significatorꝫ, et dispositionē ipsorū fortem & debilem. Et si pars fortunæ fuerit fortunata et in bono loco cœli, et eius dominus fuerit fortunatus, dices nato fortunā & bonū, tam remissæ rationi significati illius signi et illius domini, in quibus ceciderit. Unde si ceciderit

ciderit in quarta, maximè in signo terreo, natus habebit aliquale bonum, & aliqualem fortunam ratione laboris terræ uel ædificationis, uel in his similibus significationibus prædictæ domus, sic dices in cæteris domibus. Si uero pars fortunæ fuerit infortunata, dices oppositum ratione loci in quo est, et hoc remissè. Si dominus eius fuerit bonus et bene dispositus, & dices bonū in diuitijs ex parte loci & naturæ Almuten partis fortunæ fortunatæ, et hoc remisse. Si uero natiuitas fuerit in hora secūda in puncto, in quo Luna fuerit in corde Solis, tunc natus habebit diuicias ex leui quasi essent de quantitate, & habebit ipsas immensas, si alias nō prohiberet, uidelicet mala dispositio Almuten partis fortunæ, et hoc, quia in tali natiuitate pars fortunæ erit in gradu ascendentis. Nota bene, q̄ tu debes dicere damnū in diuitijs nati significari per signum et domū, in quibus ceciderit aliquis significator diuiciarum infortunatus prædictus, uel dicendus, nā stat bene, quód unus habeat diuicias ab uno significatore, & sit fortunatus in rebus significatis per ipsum, et eius locū, et tamē recipiat damnū & miseriā et infortuniū ratiōe alterius rei in qua se impedierit, et hoc tota die uidemus per experientiam, quia unus habebit fortunam eius ratione hæreditatum, et laboris terræ, tamē erit infortunatus, & perdet eius diuicias. Sed si se impedierint, ut in rebus ecclesiasticis, et de similibus, quonīā potest esse, q̄ unus de principalibus significatoribus diuiciar fuerit infortunatꝰ in domo, significat illam rem, et menti teneas et perpende. Si uero fortunæ pars & huius Almuten, nō dabunt diuicias nato immensas, nec multū magnas Tunc uideas partem substantiæ, et eius dn̄m: et si fuerint bene dispositi ac fortunati, multis planetis beneuole permixti, significat q̄ natus habebit diuicias, Sed si fuerit infortunati per partem substātiæ, et eius parti dominū, non poteris nato diuicias iudicare. Pars enim substantiæ accipitur in die & in nocte ab Almuten, domus substantiæ, in gradum domus secūdæ, et proijcitur ab ascendēte. Cū uero p̄ partē substātiæ nō posis diuicias ac bonū nato iudicare, sed paupertatē et damnū ratione loci in quo ceciderit, tunc scias q̄ natus non potest habere diuicias magnas. Deinde scias locū Iouis, et si fuerit in secūda fortunatus, maximè si fuerit dn̄s ascendētis, procul dubio nato iudices diuicias, et bonū usum ipsarꝰ, et nunq̄ potest esse nimiū pauper, in cuius radice natiuitatis Iupiter habuerit prædominium. Sed si fuerit Iupiter infortunatus, diminutū bonū, et alij cōtrariū, secūdū q̄ eius infortuniū erit magnū. Si uero aliquo istorꝰ modorꝰ nato diuicias iudicare non poteris, uideas dominos triplicitatis primæ et secūdæ domꝰ. Et si omnes fuerit fortunati, non poteris absq̄ dubio iudicare, et non solum per fortuniū ipsorum trium. Sed si primus dominus triplicitatis secundæ domus fuerit directus in aliqua sua dignitate principali, et fuerit firmus in angulo, et fuerit in auge eccentrici, uel ad ipsa ascenderit, et fuerit auctus numero ac lumine, et fuerit in domo uel exaltatiōe sua, sicut dixi, uel fuerit in dignitatibus alterius, cū beneuole fuit receptus, et eis applicātibus planetis ex beneuola permixtione, significat q̄ natus habebit diuicias & substantiā,

& in processu continue procedet simulando, & bonum competens sibi promittet. Sed si fuerit infortunatus & cadens à dignitatibus prædictis, nato significat miseriã & paupertatem. Sed si secundus dominus triplicitatis prædicti fuerit fortunatus & fortis, ut dictũ est, significat ꝙ natus de suis diuiciis dabit sibi bonũ tẽpus, & ipsas expenderit in suo utili ac bono, & de ipsis faciet bonũ & utilitatem suis consanguineis & amicis. Sed si fuerit infortunatus, significat quod natus erit miser in suo uictu, nec abundanter expendit pro sibi necessarijs, & sua bona et diuicias cõstringet. Respice deinde dominum triplicitatis loci luminaris, cuius fuerit auctoritas temporis natiuitatis, et si fuerint fortunati et fortes, ac firmi in angulis, uel saltem in succedentibus, significat nato bonum esse ac diuicias, & grandæuam uitam. Et si fuerint infortunati, significat oppositum, uidelicet paupertatẽ ac malã dispositionem sui esse in diuicijs & abundantiã ipsarũ. Considera igitur omnes hos prædictos significatores, per te ipsum iudica permiscendo et distinguendo significata adinuicem, & ea nato pronũciabis. Vnum tamẽ intellige, q̃d debes per te ipsum cõsiderare cõditionẽ nati, & eius parentum, et originis, nam multũ iuuant in hoc in tantũ, non debes iudicare aliquo nisi prius eius originem cognoueris, quia potest esse aliqua figura cœlestis, quæ uni dictabit competentes diuitias absolute. Et si eadem natiuitas esset pauperis, dictaret sibi paupertatem, uidelicet illi quod esset de origine minori, unde Astrorum influxus et agentium omnium effectus uariatur ratione diuersitatis passorũ, q̃a alia est dispositio unius laboratoris terræ, & alia est dispositio unius mercatoris, et sic de alijs casibus particularibus, quæ plurimum debent considerari ab intellectu, alteri tamen potest esse causa infortunata figura pro diuicijs. Gratia exempli, respectu unius magni mercatoris filij, ꝙ dictus filius consumptis et destructis paternis bonis ad paupertatẽ deueniet, & pro simili figura alter minoris conditionis, mendicus deueniet, & cum eleemosinis uictũ perquiret. Nõ sis igitur subitus ad iudicandum, considera orignem nati, uitamq; eius parentũ, artem, & conditionẽ in diuicijs, & multa alia quæ ualebunt tibi ad ueridicũ iudiciũ proferre. Si uero uideris ꝙ non possis habere diuicias nato aliquo istorũ modorũ, considera dominum ascendentis, si fuerit dominus quartæ domus, & fuerit bene dispositus, significat ꝙ thesaurisabit, & fortunã habebit in his, q̃ significat si fuerit in 4 domo. Sed si fuerit oppositũ, poteris iudicare oppositũ. Sed si cõtigerit, ꝙ unus ex significatoribus diuiciarũ male dispositus ceciderit in quartã domũ, et in dicto signo ratione cuius nato infortuniũ ratione dictæ domus debeas iudicare, tunc considerabis essentiã artem et dispositionẽ dicti significatoris infortunati, et secũdum naturam eius in dicto signo, & in dicta domo infortuniũ poteris iudicare, & secũdũ naturã alterius significatoris poteris nato dicere bonũ. Non enim hæc possunt singulari sermone proferri, nec calamo scribi, sed pſpicax intellectus omnia suo loco distinguit atq; componit, ut idem, & sic intelligas in alijs domibus & de alijs significatoribus. Caue tamen in supradictis scriptis, ne infortuna fuerit in quarta, quia

oppositum

oppositū significaret huius quod dictum est, sed si dominus aſcendentis & quartæ fuerint infortunati, oppositum iudicabis. Cōsidera etiam dominū triplicitatis aſcendentis, quia si fuerit bene diſpositus, & multis planetis per mixtus beneuole, ac receptus cū teſtificatione aliorum duorum domino= rum triplicitatis, significat diuicias & bonum nato. Sed si fuerit infortuna= tus cum teſtificatiōe infortunij aliorum duorum dominorum triplicitatis, dicto oppositum iudicabis. Multæ quidem aliæ conſiderationes sunt, quæ significant altum & bonum eſſe nati circa eius ſtatum & proſperitatē, quas conſiderationes requires in iudicio decimæ domus, & omnia adinuicem combinabis. Nec hic uolo facere notam & confusionem diuerſorum uiro= rum, ſicut Guido Bonatus reiterādo sua dicta et diuerſas significationes po nendo, ac ſententias diuerſorum recitando in tantum, ꝙ unus debite ſecun- dum eius dicta concludere non poteſt. Ego ſolum poſui ea quæ fuerunt cō- ſona experientiæ & rationi, & à ſapientiſsimis experta ac expoſita, nec uolui ſeruare multa significationes quas ipſe poſuit ordine non ſeruato.

De tempore diuiciarum.

¶De tempore quando natus ditabitur, ſunt modi multi. Vnus eſt Ptolemæi per directi ones partis fortunæ ad bonos & malos. Alius per tres dn̄s triplicitatis ſecundæ domus diuidendo totam ætatem nati in tres partes. Aboali tamen conſiderauit in hoc dominos triplicitatis loci luminaris, cuius eſt autoritas. Item ſignificator diuiciarum orientalis dabit in iuuentute, occidentalis in ſenectute. Alius modus ſi fuerit in aſcendente, erit ſignificatum in principio uitæ, uidelicet in infantia. Si inter aſcendens & medium cœli in pueritia. Si in medio cœli, in adoleſcentia, ſcilicet ſtatu ætatis. Si inter medium cœli et occidens, in fine ætatis, hoc quidem ſecundum mentem Haly. Accipiendi tamē ſunt domi ni triplicitatis eius loci, à quo ſumitur ſignificatio diuitiarum, ut ſi Almuten ſecundæ do mus promitit diuitias. Accipiendi ſunt domini triplicitatis loci Almuten ſecundæ domus et ſic de alijs. Significator diuiciarū, dabit diuitias ex rebus ſignificatis per domū in qua eſt. Similiter augmentum uel decrementum diuiciarum, erit ex rebus & cauſis, quæ ſunt de natura planetæ, ad quem dirigitur ſignificator diuiciarum. Item per planetas aſpi cientes ſignificatorem aut ei coniunctos. Generaliter per diſpoſitiones ſignificatorum, po- tes ſcire ſi licite uel illicite natus lucrabitur. Per loca autem ſignificatorum ſcies, ex qui- bus rebus, ut ſi Saturnus fuerit ſignificator bene diſpoſitus, acquiret licite & pondera- to animo, cum aliqua tamen fraude occulta. Si uero ſignificator fuerit in domo Saturni, acquiret ratione laboris & anguſtiæ rerum antiquarum. Similiter ſcies cum quibus ho- minibus acquiret diuitias ex planetis, in quorum locis eſt ſignificatio diuiciarum. Annotat. Io. de Re- gion. ōte.

QVando uolueris perſcrutari de tēpore in quo natus debet fortunari uel infortunari in diuicijs, debes conſiderare ſignificatores, à qui- bus diuiciæ promittuntur, & in iſto non debet eſſe ſimplex ſermo, quia uidemus, ꝙ unus homo infortunatus eſt in uno tpe in cæteris rebus,

& in eodē est infortunatus in alijs: et aliquando est infortunatus in uno anno in una re, in qua se impedierit causa lucri, et in alio anno erit fortunatus pro eadem re: Et aliquando natus continue erit infortunatus in una re causa lucri, & in aliqua alia erit continue fortunatus, unde debet Astrologus perpendere causas syderū, quæ ista promittunt. Et est in hoc facto inuentus diuersus modus inuestigandi à sapiētibus nostris. Istos modos efficatiores tangā, deinde ordinē dabo, qui uidetur in hoc seruādus. Et primus modus inuentus est ab illo perspicacissimo Ptolemæo, qui considerabat significatorē diuitiarū, quē ut dixi supra, suscipiebat à loco partis fortunæ, & ipsam dirigebat ad corpora fortunarū uel ad corpora infortunarū, secundum modum directiōis, quē supra dixi in capitulo de directionibus, & uidebat tempus in quo ueniebat significator prædictus diuitiarū, ad corpora fortunarū uel infortunarum, et iudicabat diuicias uel paupertatem nato, secundum q̄ dictus significator fortunabatur in dicto tempore à corpore fortunæ, uel in fortunabatur à corpore infortunæ uel eorū radijs. Alius modus fuerat considerando dños triplicitatis & domus substātiæ, & primo cōsiderando primū dñm, & si ipsum inueniebat fortūatū, iudicabat diuicias nato in prima tertia eius uitæ. Deinde considerabat secundū, & secundū eius dispositionē bonā uel malā, iudicabat diuicias nato in secunda tertia parte uitæ suæ. Et similiter considerabat dominū tertiæ triplicitatis dicti loci, pro ultima parte uitæ suæ: similiter ecōtra, si erant infortunati. Et uisum est specialiter Aboali considerare dominos triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas tēporis natiuitatis. Et si omnes erāt bene dispositi, iudicabat natū in toto tēpore uitæ eius diuicijs abundare. Et si erant infortunati, oppositum iudicabat, uidelicet miseriā & paupertatē. Et si quis ipsorū fuerit fortunatus, & alter infortunatus, iudicabat diuicias nato in tertia pte uitæ suæ, quæ est subiecta illi fortunato, & in alia tertia subiecta alteri infortunato, paupertatē & miseriā iudicabat natū habiturū secundū infortuniū dicti domini triplicitatis infortunati. Et consimiliter faciebat de domino triplicitatis remanente, et hoc faciebat, qa tota die uidemus q̄ aliqui sunt multū fœlices in principio uitæ suæ, & ad paupertatē deueniūt in medio uitæ eius, uidelicet in secūda parte uitæ eius. Postea in ultima tertia parte eleuātur et ditantur aliqui pauperes in principio diuites, in medio pauperes, in fine tantū q̄ quærūt uictū mendicādo. Et aliqui sunt, qui sunt diuites in principio & in medio, et in fine moriūtur in miseria & paupertate, et hoc secundū dispositorē ipsorū dominorū triplicitatis, secundū q̄ primus, secundus uel tertius fuerit fortunatus uel infortunatus. Omar uero considerabat dominos triplicitatis loci Almuten inuenti ex locis quæ significant substantiam nato, & secundum q̄ ipsi fuerint bene dispositi uel infortunati, iudicabat consimiliter diuicias nato uel paupertatem. Et si unus fuerit bene dispositus, & alter infortunatus, iudicabat bonum in prima tertia parte illius infortunati, & malum in reliqua tertia alterius, & sic dicebat de reliquis, quare primus dominus triplicitatis dicti loci, significabat primā partē uitæ nati, & secundus secundam, tertius uero tertiā.

Alius

Alius uero modus est inueniendi tempus, in quo natus debet diuicias acquirere, perspice significatorem diuiciarum, quæ consideras, & uide si est orientalis uel occidentalis à Sole, & si fuerit orientalis, natus habebit diuicias in senectute, & secundũ quod fuerit in principio orientalitatis, uel in fine, uel in medio ipsarum, ita proportionaliter in tempore nati iudicabis, & hoc totum discretioni reserua. Alius modus erat considerando significatorem substantiæ, à quo quæris significatum, & uide si fuerit in ascendente, significat quod natus habebit significatum prædictũ in principio eius uitæ, uidelicet in infantia. Et si fuerit inter ascendens & medium cœli, significat quod habebit illud in eius pueritia. Et si fuerit in angulo medio cœli, habebit illud in eius adolescentia, id est, in statu eius uitæ. Et si fuerit inter mediũ cœli & septimã domũ habebit illud in senectute, in tempore quo speret finem uitæ eius. Hoc uolebat Haly, nec mentionem faciã in quartis, in terra, quia insequens Ptolemæum, qui uoluit, quod uita cõsistens per medietatẽ cœli supra terrã, ita quod finis uitæ finiebatur in septĩa. Guido Bonatus cõsiderauit ex intentiõe eius dominos triplicitatis domus substantiæ principaliter. Et quando significator erat orientalis uel occidentalis secundario augendo uel remittendo tempus habitũ per dominũ uel dominos triplicitatis secundæ domus, et tenuit hoc pro regula generali, sed deceptus fuit in hoc passu, nõ perpendens ordinem sui processus, quia aliquando dabit diuicias nato per dominũ partis fortunæ, aliquando ex significatiõe secundæ domus, aliquãdo ex dominis triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas, et præponebat dños triplicitatis secũdæ domus ad dños triplicitatis dicti luminaris. Quomodo ergo poterit nato dare diuicias in tempore per dños triplicitatis secundæ domus, quãdo fuerant infortunati, & dñi triplicitatis luminaris fuerãt significatores substãtiæ eius, uera teneret, quãdo significatio diuiciarum sumeretur à domo secũda, tenẽdo eius processum. Et dixi quod efficatius et potius est cõsiderare dños triplicitatis substãtiæ domus quam alios, quia quod potius est in natura alicuius rei, potior est eius effectus in iudicio, ergo potius secũdũ eius dictũ, debet quæri hoc tempus secũdũ dños triplicitatis secũdæ domus, quia potior est pars fortũæ in substãtia quam secũda domus, quia ipse præponit in facto diuiciarum partẽ fortunæ substãtiæ ad secũdã domũ. Secũdo dicebat, quod si oẽs dicti dñi triplicitatis fuerĩt infortunati, significabãt quod natus toto tempore uitæ suæ indigebat, et in miseria semper uiuet, secundũ quod dicit Guido, si pars fortunæ et eius Almuten fuerint fortunati cũ beneuola permixtione malorum, & dictus Almuten recipiebat Almuten ascendentis, & sic uterque Almuten fortuna, et dñi triplicitatis omnes tres domus substantiæ fuerint infortunati, habebit tũc dicere, quod natus erit indigẽs toto tempore uitæ eius quod est falsum, unde eius intentio nõ est radicabilis in hoc facto, nec est completa. Sed in hoc pono ordinem obseruandũ, nec à sapientum dictis supra deuiabo, sed ordinabo & diiucidabo in hoc negocio de tempore diuiciarũ & paupertatis quomodo debeat iudicari. Considera ergo significatorẽ à quo quæris diuicias nato, utrum fuerit Almuten secundæ domus, uel Almuten partis fortũæ, & utrũ fuerit in angulo oriẽtis, uel medij cœli, uel in septimo,

uel

uel in quarto, uel inter ista loca Cõſidera enim dominos triplicitatis ſecundæ domus maxime, & hoc principaliter, quando quæritur ſignificatio diuiciarum à ſecunda domo, uel dominos triplicitatis partis fortunæ quando quæritur ſignificatio ab ipſa. Et ut generalius loquor, quæras dominos triplicitatis illius ſignificatoris qui promittit nato diuicias uel paupertatẽ. Hoc perſpecto uideas an ſit principalis ſignificator de q̃ intendis, & ſit oriẽtalis uel occidentalis, hoc uiſo, principaliſſime uideas ſi ſignificator prædictus aſpiciatur à bonis uel à malis planetis, uel applicuerit eis, quoniã oportebit te dirigere ſignificatorẽ prædictũ ad loca fortunarum, ad ſciendum augmentum fortunij, & acquiſitionem diuiciarum, & diriges ipſum ad corpora infortunarum, uel ad eorum radios, ad ſciendum tempus amiſsionis & paupertatis diuiciarum nati, & hoc eſt principalius. Vnde cum uolueris iudicare tempus in quo natus debet acquirere diuicias, uel ipſas perdere, dirige ſignificatorem diuiciarũ ad corpora fortunarum, uel ad eorum radios, & habebis tempus, in quo natus debet ipſas acquirere, & dirige dictũ ſignificatorem ad corpora infortunarũ, et habebis tempus, in quo natus debet depauperari, uel ad miſeriã deuenire. Et ſi talis ſignificatio fuerit à ſecunda domo, tũc reſpicias dominos triplicitatis ſecundæ domus, & primo primũ quia primus ſi fuerit bene diſpoſitus, ſignificat ꝙ dicta diſpoſitio habita, per directionem ad corpora fortunarũ, erit in prima tertia intenſior ac leuior, et cũ minori labore nati acquirẽdo, imò cũ facilitate, ſi dicta directio ꝑtendat tẽpus in prima tertia uitæ. Et ſi dicta directio fuerit ex aſpectibus, uel ex cõiũctiõe benignis, maximè cũ receptiõe ubicũq; fuerit ſignificator in figura uel orientalis uel occidẽtalis. Et ſi dictus dñs triplicitatis fuerit infortunatus, diminuit de bonitate dicti ſignificati, nec ita leuiter uenit ſignificatum prædictum. Si uero habueris directionẽ ſignificatoris ad corpora infortunarum, & dictum tempus ceciderit in prima tertia uitæ. Exempli gratia, & ſi primus dominus triplicitatis domus ſecundæ fuerit infortunatus, tunc poteris iudicare infortunium diuiciarum intenſius, & miſerauonem intenſiorem. Sed ſi fuerit beue diſpoſitus, mitigat in illa tertia parte uitæ. Si uero ſignificatio diuiciarum fuerit ſumpta pro parte fortunæ, & feceris directionẽ partis fortunæ ad corpora fortunarum uel infortunarum, tunc uideas dominos triplicitatis partis fortunæ, et quis ipſorum habuerit tempus directionis, iudica ſecundum diſpoſitionem ipſius, quemadmodum dixi ſupra. Si uero habueris ſignificationẽ diuiciarum ab Almuten partis fortunæ, & ipſius feceris directionem ad corpora fortunarum uel infortunarum, conſidera dominos triplicitatis loci eius, et quis ipſorum habuerit tempus directionis, & iudica ſecundum quòd dictum eſt, hoc maxime erit et leuius, ſi orientalis ſignificator, & locus ſignificatoris in figura fuerint concordes in dicta ætate. Adiuua te in iſto augendo & remittendo per dominos triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas temporis, quoniam primus habet primam tertiæ uitæ, ſecundus ſecundam, tertius uero terdam. Et nota pro generali, quòd debes conſiderare dominos triplicitatis loci ſignificatoris directi ad

cti, ad corpus fortunæ uel infortunæ, & locum significatoris in figura, & o-
rientalitatem & occidẽtalitatem ipsius, & etiam dominos triplicitatis lumi
naris, cujus fuerit auctoritas, omnia permiscendo, & continue referues signi
ficatum temporis directiõis. Si uero tempus, in quo natus debet habere di-
uicias uel pauptatẽ, nõ poteris per directionẽ inuenire, qa in figura natiui
tatis significator nulli permiscetur, tunc debes facere directiones in reuolu-
tione natiuitatis ad corpora fortunarꝫ ipsius significatoris, & adiuuabis te
per profectiones significatorꝫ ad loca fortunarum uel infortunarum, et etiã
per significationem sumptam à figura reuolutionis, quod totum patebit in
particula reuolutionum natiuitatum. Sed si in figura natiuitatis uolueris
tempus intensius diuiciarꝫ iudicare, considera hoc ꝙ dicam, uidelicet, ꝙ si
significator fuerit bene dispositus, significat ex se diuicias nato, à principio
usqꝫ ad finem uitæ, maximè ex se significat in illa ætate, ꝙ significauerit se-
cundũ eius esse in figura, & secũdum quòd fuerit orientalis & occiden alis.
Nam si fuerit dictus significator in ascendẽte, & orientalis à Sole, ex se signi-
ficat diuicias, & maiorem gradum habere in infantia, & in eius principio
uitæ. Si uero fuerit in medio cœli, significat ex se quòd habebit diuicias, &
ipsas acquiret in media eius uita. Si uero fuerit in septima, significat ꝙ ip
sas habebit in medietate finis uitæ, ꝑpe finẽ ætate. Et si fuerit in quarta occi
dentali, habebit ipsas in fine uitæ. Cõsidera ergo in isto orientalitatẽ & occi
dentalitatẽ dicti significatoris, et auge uel remitte de dicto tẽpore significa-
to, & si dictus significator inter prædicta loca, scilicet inter unũ angulum &
alium, ita proportionaliter iudicabis de tempore, in quo natus à significato
re ex se debeat diuicias habere præcipue. Hoc uiso debes considerare domi
nos triplicitatis, domus substantiæ, si ab ipsa domo substantiæ accipitur si-
gnificatio diuiciarum, uel cõsidera dominos triplicitatis, præcipue loci Al
muten ipsius domus secundæ Secundo si dictus almuten secundæ domus
significauerit diuicias ipse solus, uel dominus triplicitatis fortunæ, si ab ip-
sa fuerit sumpta significatio, uel dominus triplicitatis eius Almuten, si fue-
rit principalis significator, & sic de cæteris. Tunc uideas dictum dominum
primum triplicitatis, nam si fuerit bene dispositus, significat diuicias ac bo
num esse acquisitionis diuiciarꝫ in prima tertia parte uitæ nati, & hoc dupli
citer, primo secundũ naturam et significatũ eius, deinde secundũ significatũ
naturæ Almuten. Si uero fuerit infortunatus, diminuit significationẽ natu
ræ Almuten, et ponit indigentiã secundã naturã suam in prima tertia parte
uitæ. Etiã cõsiderabis secũdũ dñm triplicitatis codẽ modo, nã si fuerit infor-
tunatus, significat in secunda tertia uitæ nati bonam dispositionẽ & acquisi
tionẽ diuiciarꝫ, ratione naturæ, et sui loci, & secundũ naturã dicti significato
ris in dicto tempore, & consimiliter respicies & dices de tertio domino tri-
plicitatis Sed si omnes domini triplicitatis fuerint male dispositi, ponũt in-
digentiam nato ratione eorũ significatorum, & reminunt pro omni tem-
pore significationem dicti significatoris. Similiter si significator fuerit male
dispositus, & domini triplicitatis bene, temittunt eius maliciam, & ille re-

 mittit

mittit plus in tempore suoq; finem fortunæ, & ille auget infortuniũ in tempore suo, qui fuerit infortunatus permisse augendo uel remittendo dominos triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas tempore natiuitatis augendo uel remittẽdo. Et sicut dixi, quòd dupliciter augetur significatio domini triplicitatis ratione significatoris, ita dupliciter diminuit, si fuerint infortunati. Perpende igitur omnia supradicta & subtiliter mente considera in omnibus significationibus, quia diuersis modis diuersisq; temporibus nato prouenium diuiciæ & miseriæ, quia ratione unius loci miseriam in uno tempe, ratione alterius diuiciæ in codẽ, et aliqñ in diuersis tempibus, qa oĩa tuæ discretioni reseruo, qa in omnibus dicere esset prolixitas sermonis.

Per quem modum diuiciæ uenturæ sint.

SOllicite quæritur ab Astrologis, de quibus rebus, & de qua arte, & p quem modũ debet natus lucrari uictum eius, ac eius diuicias, ac quæritur ab eis, in qua re natus debet habere fortunium lucrandi & uiuendi, & de quibus rebus natus se debet custodire, ne perdat eius diuicias, & q non impediat se de dictis rebus lucrandi, & quia in dictis rebus erit infortunatus: uel si non fuerit infortunatus, saltem sciat q non habet influxũ contrarium in aliqua re, ex qua debet prouenire lucrum & utile nato. Notare debes, q aliqñ natus habet infortuniũ in una re, & ex ipsa habet lucrũ uno tempore, & alio tempore non, aliquando habebit continue fortuniũ ex eadem, & aliquãdo si natus se impedierit in aliqua re certa data causa lucri, & utilitatẽ, ipse continue recipiet damnum rationẽ illius rei, & continue erit in ipsa infortunatus Cum ergo uolueris hoc scire, hoc quæritur à multis & diuersis locis. Si enim uolueris scire in quo natus debet esse fortunatus, & aliquã utilitatẽ habere, cõsidera significatorẽ utilitatis & lucri, quẽ habuisti in capitulis pcedẽtibus, uel significatores si plures fuerint, et in qbus domibus figuræ sint, & utrũ, si habuisti diuicias, p nato, eo q direxisti dictos significatores ad corpora fortunaꝝ, nũc secũdũ naturã domus iudicabis nato diuicias siue lucrũ. Et qa multi sunt significatores et partes cœli, q pmittũt diuicias uel lucrũ nato, & ipsoꝝ malas dispositiones infortuniũ & paupertatem & indigentiã Cõsidera ergo oẽs prædictos, & in quibus domibus figuræ sint, & iudicabis secundũ res significatas p illã domũ in nato damnũ et amissionẽ lucri & diuiciaꝝ. Et p istũ modũ poteris dicere nato, in quibus rebus debet esse fortunatus, & in quibus rebus infortunatus, & habere damnũ in diuicijs & lucri eius. Si uero contingeret q aliqua ex prædictis significatoribus essent fortunati in una domo, & aliq infortunati essent in eadem domo, tu debes in hoc cõsiderare, & dicere nato diuicias siue lucrũ, p modũ & naturã significatoꝝ fortunatoꝝ de dictis rebus significatis p dictã domũ secundũ naturã & modũ significatorũ infortunatorũ, infortuniũ. Stat enĩ q hoc tota die, q unus natus lucrabitur de una re p unum certũ modum & ordinem

ordinē,& si impedierit de eadē re p aliū modū de re,et ordinē prædictū,ipse recipiet damnū, et uane suos lobores expendit. Cōsidera,ergo hoc p tuam industriam,distingue,& referas significata nato,quia erit subtile iudicare,et utile multū perpēdet,et planetas fortunatos uel infortunatos p aspectū uel p corpus dictos significatores,et in quibus domibus figuræ,et locis signorum sint,et iudica nato augmentū lucri uel diminutionē,uel damnū,& hoc secundū naturā domus in qua ceciderit,et p modū significatū p ipsorꝫ loca et hæc mēti teneas. Nam si significator, q pmittit lucra & utilitatē,fuerit in prima domo fortunatus, maxime receptus à dño ascēdētis, uel à planeta multū dignificato in ascēdente,significat ꝙ nat9 habebit de leui lucra et diuicias,et hoc ratiōe suæ industriæ et laboris. Si uero fuerit infortunatus ibi, nec receptus, significat quòd ipse habebit damnum in hoc,et erit infortunatus in reb9 pcuratis in sua industria et labore suo,et qa ipse consumet et destruet eius lucrū. Si uero aliqs,significatorꝫ fuerit in secūda domo fortunatus ac recept9 maxiè,significat ꝙ nat9 habebit lucrū et diuicias,ac utilitatē, ratiōe mercatorꝫ,uel recipiet lucū ratiōe suarꝫ pecuniarꝫ,eo ꝙ cū ipsis lucrabit,uel recipiet lucrū secundū naturā rei significatæ p secūdā domū. Sed si fuerit infortunat9,significat damnū et infortuniū nato in dictis reb9. Si uero significator fuerit in tertia domo,significat ꝙ nat9 acqret diuicias, et habebit lucrū et utilitatē ratiōe tertiæ dom9,eo ꝙ recipiet lucrū,ratiōe fratrum uel sororꝫ,uel cōsanguineorꝫ eius,uel ratiōe rei ecclesiasticæ,uidelicet ꝙ erit pcurator rerū ecclesiasticarꝫ,uel ratiōe pbendarū,et his similibus,uel qa aliquis religiosus,uel episcop9,uel his similibus,unius uel duorꝫ dierū, uel qa mercabitur circūqꝫ, uel alicuius alterius rei significatæ p tertiā domū poterit habere utilitatē. Similit̃ si fuerit infortunat9,significat damnū et indigētiam,ac infortuniū in istis reb9 nato. Si fuerit in quarta domo fortunat9 dict9 significator, uenit nato lucrū, ratiōe pentū uel prædecessorꝫ,uel ratiōe laboris terræ,uel fornarꝫ operationibus,uel ratiōe plantatiōe arborū,uineārū,et ædificationis domorū, uel palatiorū, uel qa inueniet aliquē thesaurū, et in his q fuerint significata per quartā domū. Si uero fuerit infortunat9,dices infortuniū ac damnū et indigētiā nato ratiōe dictarū rerū. Si dict9 significator fuerit in quinta domo fortunat9,habebit utilitatē et lucrū, ratiōe filiorū,uel ratiōe donationū,uel ratiōe paruorū itinerū,uel triū uel quatuor dierꝫ si fuerit mercatus pro his,uel ratione tabernarū, & his similiū de quinta domo Sed si fuerit infortunatus,natus habebit damnū et indigētiā ratiōe dictarꝫ rerū. Sed si fuerit in sexta fortunatus,nō cōsiderādo infortuniū,ratiōe domus, sed si fuerit in aliqua suarum dignitatum de maioribus directus, & receptus, saluus ab alijs impedimentis, significat quòd natus lucrabitur ratione seruorum uel ancillarum,& ratione animalium paruorū,ut pecudū et arietū,porcorū,uel his similiū,uel ratiōe in carceratorꝫ,uel in alijs rebus significatis per sextā domum. Sed si fuerit infortunatus, dices oppositū nato de pdictis reb9 tā lucri qꝫ natiuitatis ei9. Si uero in 7 domo fortūat9,significat ꝙ nat9 recipiet lucrū ratiōe uxorꝫ uel mulierꝫ, uel ratiōe

participationis sociorum, uel quia lucrabitur ratione guerrarum, uel litium, & his similibus. Sed si fuerit infortunatus, significat infortunium ac damnū nato in dictis rebus significatis per septimā domum. Sed si fuerit in octaua domo fortunatus, significat utilitatem & lucrum nato, ratione mulierum, uel ratione diuiciarum rerū mortuorum, & his similiū. Sed si fuerit illic infortunatus, dices oppositum. Sed si dictus significator fuerit in nona domo fortunatus, significat quod natus lucrabitur ratione rerū ecclesiasticarum, uel ratione magnorū itinerum, quia mercabitur ad longas partes, uel faciet mercari, sicut faciūt Ianuenses & Veneti. Sed si fuerit illic infortunatus, significat quod expēdet, & damnū recipiet ratione magnorum itinerū, et ratione rerum ecclesiasticarum, eo quod multā expendet in itineribus, & in his damnū recipiet. Sed si fuerit in decima fortunatus, significat quod habebit lucrū et diuicias, & utilitatē, ac uictū à regibus & dominis, uel quia erit rector ciuitatū uel castrorū, & his similibus. Sed si fuerit illic infortunatus, dices oppositū in dictis rebus, quia erit infortunatus. Sed si fuerit in undecima fortunatus, significat nato diuicias, lucrum et utilitatem, ratione suorum amicorum, uel ratione baranorum & cōsiliariorum regis, et his similium, uel in alijs rebus significatis per undecimā domū. Sed si fuerit illic infortunatus, dices infortuniū nato ex pte prædicta. Cum fuerit significator fortunatus in duodecima, intelligēdo eius fortunium, sicut dixi de sexta domo, significat quod natus habebit utilitatem et lucrum, ratione inimicorum, maximè occultorū, eo quòd per guerras & deprædationes, & spoliationes, uel accusationes ipsorum, eo quod accusabūt ipsum regi uel domino, de aliquo maleficio ita, quia rex donabit sibi bona inimici sui, uel quomodocunque habebit hanc rationē inimicorum, uel ratione magnorum animaliū, equorum, boū, camelorum, & his similium. Sed si fuerit infortunatus, dices nato indigentiā & damnū, ratione omnium prædictorum. Sed si uolueris scire, si natus licite ac iuste debeat diuicias acquirere, considera significatorē ipsarū: Et si fuerit Saturnus bene dispositus & fortunatus, natus iuste & ponderato animo ipsas acquiret, tamē cū cauda alicuius fraudis uel mendacij. Sed si fuerit infortunatus, natus acquiret illas illicite. Sed si significatio diuiciarum fuerit in domibus Saturni, significat quod natus acquiret diuicias ratione languoris et angustiæ, & rerū antiquarum, & cum prodimento & animo maligno, uel ratione rusticorum, uel seruorum, uel ancillarum, uel hominum profectorū ætate, & uilium personarum, et cum his acquiret diuicias. Iupiter significator diuiciarum bene dispositus, significat quod natus acquiret diuicias iuste, cū omni æquitate et rectitudine. Sed si fuerit infortunatus, diminuas et remittas secundū maliciam quam habebit. Si significatio diuiciarum fuerit in loco Iouis, natus acquiret diuicias, ratione rerum iustarum et ecclesiasticarum, & in omnibus rebus in quibus est honestas & religio, et habebit ipsas ratiōe nobilium, et suorum maiorū, & ratione sapientum, et iudicū, et decretalistarum, episcoporum, et similium, et cum his sit conuersatio nati. Mars fortunatus significator diuiciarum, significat quod natus acquiret diuicias quodammodo licite, tamē cum permixtione fraudis & deprædationis diminu-

diminute. Sed si infortunatus, significat quòd natus nõ licite, et iniuste, ac maligne ipsas habebit. Sed si dicta significatio fuerit in domibus Martis significat ꝙ natus acquiret diuicias ratione deorædationis, et ratiõe guerrarum, et rixarum, litiũ ac discordiatũ, ac ratione furti, ac ratione ablationis. Si uero significator fuerit Sol, et fuerit bene dispositus, significat ꝙ natus licite cum magno et famoso modo habebit diuicias. Sed si fuerit infortunatus, significat ꝙ habebit illicite, et quod erit hoc palam, nec multum curabit de gentibus, qui de hoc ipsum uituperent. Si uero dicta significatio fuerit in locis Solis, significat ꝙ natus habebit diuicias, ratione regiminis, aut alicuius potestate, ut dominij uel consilij. Venus fortunata significatrix diuiciarum nati, significat ꝙ natus acquiret diuicias iuste, ac animo amicabili, & benigno, ac blandissimis & placabilissimis uerbis Sed si fuerit infortunata, totum significatũ prædictũ corrumpitur. Sed si dicta significatio fuerit ex domibus & locis Veneris, significat ꝙ natus acquiret diuicias, ratione dominarũ, uel bene sonandi, uel bene ludendi, uel tenendo hospicia, ut tabernas, & similia, in quibus opera Veneris exercentur. Mercurius significator diuiciarũ bene dispositus, significat ꝙ natus licite ac animo subtili, & industrioso & sollicito perquiret diuicias. Sed si fuerit infortunatus, significat ꝙ natus illicite & cũ multis uijs merdosis acquiret. Sed si dicta significatio fuerit in domibus & locis Mercurij, significat ꝙ natus acquiret diuicias, ratione scripturæ & scientiarum, et ratione mercantiarum, & ratione Geometriæ & picturæ, & his similium. Luna significatrix diuiciarum fortunata, significat ꝙ natus licite ac iuste cum animo claro, ꝑ lucrum, & mercatum acquiret diuicias. Sed si fuerit infortunata, dices oppositũ. Sed si dicta significatio fuerit in locis Lunæ, significat ꝙ natus acquiret diuicias ratiõe itinerũ & mutationũ, & rebus in q̃bus est subita mutatio. Et nota significatorũ significata potes scire, si licite uel illicite, natus debeat diuicias acq̃rere, & ꝑ loca significatorũ significationũ p̃dictarũ potes scire, ratiõe quarum rerũ & hoc debeat habere, unde stat bene ꝙ respectu eiusdem rei potest fieri lucrum, licite uel illicite, & sic de alijs. Notandum ꝙ tu debes uidere et perpendere homines, qui subiecti et constituti planetis, in quorum locis est significatio diuiciarum. Nam si fuerit in domibus Martis, erit cum hominibus capitanijs armorum & armigeris. Et cum est in domibus Solis, cum regibus, dominis &c. & sic consimiliter dices de alijs planetis.

Cap. XI. De morte.

¶In hoc capitulo de morte tractat, & dicit: Si in gradu octauæ fuerit infortuna impedita, non in domo sua uel exaltatione, nec coniũcta alicui fortunæ, significat malã mortem. Malicia tamen remittitur, si infortuniũ & impedimentũ huius infortunæ remissum fuerit. Si infortuna existens in octaua, recipitur à fortuna, quæ sit domina ascendentis, natus erit occasio suæ mortis. Item quamuis infortuna non sit in ipso gradu octauæ, irradiet Annotat. Io. de Regiomõte.

diet tamē eum per medietatem sui orbis accedendo ad eum per motum diurnum, iterum malam mortem enunciabis. In illis semper accipit planetam, qui est in ipso gradu octauæ per corpus aut per dimidium orbem sui luminis, & præponit eum ipsi Almuten mortis. Si in gradu octauæ non fuerit fortuna uel infortuna, tunc si Mars fuerit dignificatus in domo mortis, per domum uel exaltationem, & fuerit peregrinus male dispositus in duodecima, & dominus ascendentis peregrinus corporaliter iunctus Saturno. Deinde uadat ad coniunctionem corporalem Martis, natus interficietur à suis inimicis. Si dominus ascendentes fuerit combustus à Sole, & ab ipso separatus, uadit ad coniunctionem Saturni retrogradi existētis Almuten mortis, erit mala mors nato. Si enim fuerit in signo aereo, strangulabitur uel suspendetur. Item si in gradu octauæ nō fuerit fortuna uel infortuna, aspice ad Almuten mortis, qui accipitur ex gradu ascendētis & eius domino, ex octaua & eius domino, à parte mortis & eius domino, ab octauo loco à Sole & eius domino, ab octauo loco à Luna & eius domino, à domino primo triplicitatis anguli terræ, à domino termini gradus septimæ, secundum qualitatem huius Almuten, iudica qualitatem mortis. Directio sola nunq; interficit, nisi consentiat Alcocoden, & significatio octauæ domus, quamuis Ptolemæus aliter sentiat. Adducit aliquas experientias suas contra Ptolemæum & Haly Abenragel.

/mortis, almuten.

¶ Saturnus si fuerit solus significator mortis, uel fuerit in gradu 8 dignificatus, uel nō fuerit dignificatus, & fuerit ibi, uel fuerit Almuten mortis alibi, & fuerit bene dispositus, significat mortē nato, propter infirmitates lōgas, ex frigiditate & siccitate, uel ex nimia cōsumptiōe, ut tabe, charasinone, & etiā propter dolores cōtinuatos & longos, uel propter ethicam, uel ex passione morigidū uel ptisi, uel ex egritudinibus uuluæ uel ipsius oris, aut solutiōe uentris, à febre quartana, quæ multū cōtinuauerit debilitādo uirtutē, ex qua seq;tur mors. Sed si Saturnus fuerit infortunatus cū conditionibus supradictis, significat malā & turpem mortē, mortē ex ruina, nam cadet aliquid supra natū, si fuerit in signo terreo. Et si fuerit in signo aqueo, significat submersionē in aqua. Et in aereo, significat q; strangulabitur uel suspendetur. Cōsidera itaq; signa in quibus fuerit: considera domum in quam cciderit, propter causam mortis, & planetas sibi coniunctos per aspectum uel corpus, & omnia permiscebis. Iupiter solus dispositor mortis, si fuerit fortis & saluus à retrogradatione & combustione, Haly dicit, q; mors erit propter infirmitates pulmonis, & sputum sanguinis, uel propter dolorem cordis, uel ex ægritudine epatis, uel propter bibere nimium uinum &c. Traxit ex Ptolemæo, Haly & Aboali.

Significatum præsentis domus est multū considerandū, quia tractat de morte, & modo mortis nati, et uere omnes q uolunt iudicia per natiuitates magis sollicite respiciūt de morte, & plus pōderāt q; significatū alicuius alterius domus, et merito, qa mors est omniū terribilissimū et ultimū. Vnde Astrologi boni, qui uerā mortem natorū inueniūt, magnā famam recipiunt. Et licet à sapientibus tractatū fuit de morte, tamē satis confuse, permiscendo significat debilia mortis cū fortibus. Vnde de leui potest Astrologus inexpertus errare, tamen ego eligam uerā sententiam eorū, et infallibilem modū, per quē tempore meo fui expertus, maximè per natiuitates illorū, q iam ab hoc seculo præterierūt, et maximè eorū q terminauerunt

mala

mala morte, unde firmiter ſumo audaciam iudicandi, quia firmiſsime ue-
rificabis in iudicio tuo, ſecundũ ꝙ infra ſubiungam. Habita itaq; præciſa fi
gura natiuitatis, cõſiderabis cito utrũ in gradu cuſpidis octauæ, ſcilicet octa
uæ domus, fuerit aliqua infortũa impedita, nec fuerit dicta infortuna digni-
ficata de domo uel exaltatione in dicto loco, nec ſecum corporaliter fuerit
coniuncta aliqua, uel per aſpectum beneuolum ſufficientem leuare infor-
tunium dictæ infortunæ, tunc ſignificat ꝙ natus mala & uituperabili mor
te morietur, nec ualebit ſibi bona diſpoſiuio Almuten mortis, quia talis na
tus firmiter mala morte migrabit. Sed ſi dicta infortuna eſſet ab uno plane
ta forti recepta, & dictus planeta eſſet beneuolus, nec fuerit dominus aſcen-
dentis, & remittetur mala diſpoſitio mortis. Sed ſi dictus planeta recipiens
fuerit dominus aſcẽdẽtis, maxime ſi fuerit infortunatus, ſignificat ꝙ natus
iſte erit cauſa ſuæ interfectionis, mala & uituperabili morte. Si uero dicta
fortuna eſſet in gradu octauæ, & fuerit retrogradus, & dictus gradus fuerit
dñs uel exaltatio ſua, & dominus aſcẽdẽtis eſſet luminare, cuius eſt auctori
tas, & infortunatum, et ex oppoſito, uel ex quadrato dictæ infortunæ ap-
plicuerit, natus mala & turpi morte migrabit. Cumq; infortuna non fu-
erit in dicto gradu, ſed fuerit ita prope dictum gradũ octauæ, quòd ipſum
irradiet per medietatem ſui orbis, maxime ſi dicta fortuna uadit ad dictum
gradum, per motum circuli diurni, quoniam illud idem poteris iudicare
de mala morte nati. Cumq; fortuna fuerit in gradu octauæ, uel corporaliter
proiecerit radios ſuos per medietatem ſui luminis in dictũ gradũ, & dicta
fortuna fuerit fortis, uel ex forti loco, & fortis eſſe per aſpectum beneuo-
lum, dictum gradum octauæ irradiauerit, & eius influxus fuerit debi-
lis, etiam fortuna exiſtentis ibi remouet malam mortem dictæ infor-
tunæ. Si uero fortuna fuerit in octaua remota per orbem ſui luminis
ab ipſo gradu octauo figura exiſtente præciſa, ſed ſi fortuna fuerit domina
domus uel exaltationis in gradu octauo & fuerit ibi, & nec fuerit aliquo
modo infortunata, remouet mala diſpoſitio mortis ab ipſa. Cũq; gradus
octauæ fuerit fortunatus per corpus fortunæ bene diſpoſitæ, uel per corp9
fortunæ prædictæ irradiatus fuerit, ſaltem per medietatem eius orbis, non
poteſt natus uia aliqua mala morte finiri, ſuppoſito quòd Almuten mor-
tis fuerit infortunatus. Sed ſtante mala diſpoſitiõe Almuten mortis gradus
octauæ poterit infortunari per aſpectus malos infortunarum ad ipſum,
quia remitti poterit influxus fortunæ exiſtẽtis in eo ꝙ natus morietur, et du
bium erit ſi natus terminabitur bona morte. Exemplũ cuiuſdã natiuitatis
mihi datæ per dominũ Mantuæ, et erat natiuitas uiri, nec mihi dixit cuius
erat, nec dixit ſi uiuus erat uel mortuus, & facta figura, conſideraui ꝙ natus
pertranſiuit annos nutritionis, et inueni partem fortunæ ibidem, & Iupi-
ter erat Alcocoden in quarta, & erat in aſcendente 16 Cancri, & ſecunda
domus 7 gradus Leonis, tertia domus 29 Leonis, quarta domus 23
Virginis, & quinta domus 3 Scorpionis, & ſexta dom9 11 Sagitarij. Sol 4
Aquarij Mars 6 Aquarij. Mercuri9 11 Aquarij, ita ꝙ iſti tres erãt in Aquario.

Saturnus

Saturnus 23 Libræ in quarta, Caput draconis 5 Libræ. Venus 25 Capricorni, Iupiter 25 Virginis. Luna 6 Geminorū in 11 domo. Sed quia Saturnus erat Almuten mortis, licet in quarta bene dispositus, sed quia illi tres infortunæ erant uirtualiter in gradu 8. & omnes significatores in aereis signis, iudicaui natum fuisse mortuū in bestia, uel fuisse strangulatū, uel suspēsum, & fuit suspensus, & dixi tempus mortis eius. Vnde dictus dominus Mantuæ miratus est nimis, quia ipsemet fecit ipsum suspendi, & nō ualuit sibi bona dispositio Almuten mortis, & sic in alijs natiuitatibus.

Si uero in domo mortis per domum uel exaltationem in gradu octauo non fuerit fortuna uel infortuna, tunc uidebis si Mars fuerit significatus in domo mortis per domum uel exaltationem, & fuerit peregrinus & male dispositus, & fuerit in domo duodecima, & dominus ascendentis fuerit peregrinus, & corporaliter iunctus Saturno, deinde uadit ad coniunctionem corporalē Martis in dicto signo, significat q natus debet interfici à suis inimicis, nec sibi ualebit in differentia Almuten mortis, & licet non fuerit dominus ascendentis iunctus Saturno, sed in malo loco iungatur corporaliter Marti, quia significat etiam mortem per ferrum. Sed si fuerit dominus ascē dentis cum hac dispositione dicta infortunatꝰ à Saturno impedito, & Saturnus fuerit ex dominis octauæ, quia significat mortem ex pœnis longi tormentis, uel carceribus, uel submersione, uel ruina, uel casu secundum dispositionem loci in quo fuerit. Cum dominus ascendentis fuerit cōbustus à Sole, & ab ipso sit separatus, & uadit ad oppositionem Saturni & Almuten mortis, quoniā significauerit malam mortem nato, qui si fuerit in signo aerio, significat q natus strangulabitur, uel suspendetur per mandatum domini, uel suorum consanguineorum maiorum &c. Pars uero mortis accipitur in die & nocte à Luna in gradum & minutum domus octauæ, & superadditur quātum ambulabat Saturnus in signo suo, & proijcitur ab initio signi Saturni. Vnde si in gradu octauæ non fuerit fortuna uel infortuna, tunc sollicite uidendū est de Almuten mortis, qui inuenitur ex gradu ascē dentis et eius domino, à domō octaua & eius domino, à parte mortis & eiꝰ domino, ab octauo loco à sole et eius domino, à domino primo triplicitatis anguli terræ, à minuto gradus 7 domus, tunc ille, qui numero habuerit plures dignitates in omnibus his locis, ille erit Almuten mortis. Qui si fuerit infortuna impedita, à nullo planeta beneuolo subleuata, significat malam & turpem mortem. Si uero dictus Almuten fuerit fortuna & fuerit bene disposita, significat bonam mortem, prout dicam infra de modo mortis. Cū uero fuerit Mars Almuten domus mortis, et fuerit iunctus corporaliter capiti Algol, significat interfectionē nati, posito etiā q fuerit ipse Mars dominus ascendentis. Sed si fortuna de bono aspectu et forti loco aspexerit dictum locum, uel fortuna bene disposita fuerit in gradu octauæ, tollit malam significationem ipsius. Cum q luminare temporis ex opposito cōiūgitur Saturno, significat malam & turpem mortem, maxime si Saturnus fuerit dignificatus in 8, & luminare prædictū in ascendente. Sed si luminare